UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Sessio VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

Visual Library

## SESSIO VII.

### De Sacramentis in genere.


1 *Doctores de Sacramentis in genere agentes.*
2 *Sacramenta nouæ legis fuerunt à Chriſto inſtituta.*
3 *Sacramenta nouæ legis non fuerunt, aut ſunt plura, vel pauciora quam ſeptem.*
4 *Sacramenta nouæ legis à Sacramentis antiquæ differunt.*
5 *Sacramenta ſeptem differunt inter ſe.*
6 *Sacramenta nouæ legis ſunt ad ſalutem neceſſaria.*
7 *Sacramenta nouæ legis non ſunt propter ſolam fidem nutriendam inſtituta.*
8 *Sacramenta nouæ legis continent gratiam quam ſignificant.*
9 *Per Sacramenta nouæ legis gratia datur ſemper, & omnibus.*
10 *Sacramenta nouæ legis ex opere operato conferunt gratiam.*
11 *Character in anima imprimitur in tribus Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine.*
12 *Chriſtiani omnes in verbo & omnibus Sacramentis adminiſtrandis non habent poteſtatem.*
13 *Intentio ſaltem faciendi quod facit Eccleſia requiritur in miniſtris dum Sacramenta conficiunt.*
14 *Miniſter in peccato mortali exiſtens validè confert Sacramenta.*
15 *Ritus recepti & approbati Eccleſiæ Catholicæ omittendi non ſunt in Sacramentorum adminiſtratione.*


α CANON I.

Si quis dixerit, [a] Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto, Domino noſtro, inſtituta, β *aut eſſe plura, vel pauciora, quàm ſeptem,* videlicet, Baptiſmum, Confirmationem, [b] Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè & propriè Sacramentum, anathema ſit.

a Conc. Flor. in decretis Eugenij ad Armenos.
b Cap. ad abolendam. de hæret.

γ CANON II.

Si quis dixerit, ea ipſa nouæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia ceremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.

δ CANON III.

Si quis dixerit, [c] hæc ſeptem Sacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, anathema ſit.

c Cap. nihil. de conſecrat. diſt. 2. cum ſim.

ε CANON IV.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis [d] adipiſci: licèt omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit.

d Supr. ſeſſ. 6. de iuſtific. c. 7. & can. 5.

ζ CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter ſolam fidem nutriendam inſtituta fuiſſe, anathema ſit.

η CANON VI.

Si quis dixerit, [e] Sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.

e Conc. Flor. ſub Eugenio 4. verb. hoc docet Eccleſ.

θ CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, etiam ſi ritè ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, anathema ſit.

ι CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam quidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit.

κ CANON IX.

Si quis dixerit, [f] in tribus Sacramentis, Baptiſmo, ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, anathema ſit.

λ CANON X.

Si quis dixerit, [g] Chriſtianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, anathema ſit.

μ CANON XI.

Si quis dixerit, [h] in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit.

ν CANON XII.

Si quis dixerit, [i] miniſtrum, in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit.

f Seſſ. 23. c. 4. ex decretis Eugenij in Concil. Flor.
g Vide Conc. Carth. 4. can. 98. & 1 Cōc. Conſt. art. 3. Ioann. VVicleſ. inf. ſeſſ. 14. de pœnit. c. 6.
h Conc. Flor. in decretis Eugenij.
i Idem error damnatur in VVicleſ. à Cōcil. Conſtant. ſeſſ. 8. c. multæ. c. remiſſione. c. Chriſt°. cū plur. ſeq. 1. q. 1. c. vlt. 15. q. vlt.

ξ CA-

## ξ CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe, anathema ſit.

1. VIde Scholaſticos cum Magiſtro in 4. diſtinct. 1. & ſeq. S. Thom. 3. part à quæſt. 60. vbi Caiet. Henriquez in ſumm. lib. 1. de ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacrament. Viuald. in candel. aureo, in princip. ſub tit. de Sacramentis in genere. Cardin. Bellarm. in ſuis controuerſ. cathol. tom. 2. lib. de Sacramentis. Sayr in ſpeciali tract. de Sacramentis in genere. Soar. tom. 3. de Sacram. in princip. Didac. Nugn. in 3. p. D. Thom. Alexand. Peſant. part. 3. de Sacrament. Chamerot. de Sacram. in princ. Barthol. ab Angelo in ſimili tract. Bonacina in eodem tract. Galganet. de iure publico, lib. 3. tit. 83. Gabr. Vazquez in 3. part. D. Thomæ tomo 2. diſp. 60. Balduin. iun. ſuper opera controuerſ. Bellarmini, part. 2. lib. 1. de Sacramentis in genere. Petr. Ledeſma in ſum. p. 1. vbi de Sacramentis in communi, Ægid. de ConincK de Sacramentis & cenſur. in princip. Filliuc. in quæſtion. moralib. tract. 1. Paul. Layman. in Theologia morali, lib. 5. tract. 1. de Sacramentis in communi. Ioan. Mari Scribon in ſumm. Theologiæ diſp. 1. de Sacramentis in genere. Ioann. de Lugo tomo 1. de Sacramentis in genere. Hurtado in tract. de Sacram. in genere. Becan. de ſacram. in ſpecie.

2. α CANON I.] Omnia Sacramenta fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta, de fide definitum eſſe, in præſenti notant Nauarr. in man. c. 22. num. 2. & 5. & in c. nouit, de iudic. notab. 3. num. 92. Perez l. 1. tit. 1. lib. 1. ordin. Henriquez in ſumm. lib. 1. c. 3. §. 1. Victor. de Sacram. c. 4. Sot. in 4. diſtinct. 1. part. 3. art. 5. Card. Bellarm. d. tom. 2. lib. 1. de Sacrament. c. 24. Soar. tom. 3. diſp. 12. ſect. 1. Chamerot. de Sacram. c. 2. Franciſc. Pitigian. diſtinct. 2. quæſt. 1. art. 3. propè fin. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 2. c. 1. quæſt. vnic. & c. 2. artic. 1. & 2. Vazquez in 3. part. S. Thom. tom. 2. diſp. 153. num. 1. cum ſeqq. & diſp. 139. num. 1. Balduin. iun. ſuper opera controuerſ. Bellarm. part. 2. lib. 1. cap. 1. verſ. prima ergo quæſtio. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 28. num. 4. Petr. Ledeſma in ſum. p. 1. vbi de Sacramentis in communi. c. 6. concluſ. 4. Ægid. de ConincK de Sacram. to. 1. q. 64. art. 1. dub. 1. Molfeſ. in ſumm. Theologiæ moralis, tract. 1. c. 7. num. 11. & 25. Hurtado de Sacram. diſp. 4. de Sacramentis in genere, difficult. 2. Campan. in diuerſ. iuris canon. rubr. 1. num. 7. Fernandez in examine Theologiæ moralis, part. 3. cap. 1. §. 2. num. 1. Bonacina de Sacramentis, diſput. 1. quæſt. 3. punct. 1. num. 5. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 8. à num. 1. Ioan. de Lugo de Sacramentis in genere, diſp. 2. ſect. 5. num. 81. & diſp. 7. ſect. 1. à num. 3.

3. β Aut eſſe plura vel pauciora, quàm ſeptem.] Vide S. Th. p. 3. q. 65. art. 1. vbi Nugn. & Peſant. ConincK num. 4. & Vazquez art. 2. Henriquez in ſumm. lib. 1. c. 7. Valent. p. 3. q. 6. punct. 2. Victor. de Sacram. cap. 7. Sot. in 4. diſtinct. 1. quæſt. 7. artic. 1. Philiarch. de officio ſacerd. part. 2. lib. 1. cap. 6. Franc. Pitigian. diſtinct. 2. q. 1. art. 2. Barthol. ab Angelis de Sacramentis, dial. 1. §. 6. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 6. cap. 1. quæſt. 2. Valer. Reginald. lib. 26. num. 5. Bonacina d. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. Campan. d. rubr. 1. num. 4. & 5. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 2. cap. 1. num. 36.

4. γ CANON II.] Vide Dionyſ. Areopag. de eccleſ. hierarchia, c. 5. p. 1. verſ. poſt illam. Tertullian. in lib. 1. contra Iudæos, cap. 2. verſ. ſi circumciſio. Cyprian. lib. 1. contra Iudæos, c. 8. verſ. quòd circumciſio, & lib. 3. epiſt. 8. ad Fidum. Hugo Victorin. in c. 4. ad Roman. de erudit. theologic. lib. 2. part. 6. c. 3. Petr. Lombard. in 4. ſentent. diſtinct. 1. vbi Richard. art. 6. quæſt. 4. & Thom. Argentin. quæſt. 3. art. 3. S. Thom. p. 3. quæſt. 62. art. 6. Philiarch. d. p. 2. lib. 1. c. 2. Henriquez d. lib. 1. cap. 7. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 5. cap. 7. art. 5. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 31. num. 7. Iodoc. Cocc. in theſauro Catholico, tom. 2. lib. 5. art. 1. Homobon. de Bonis de examine eccleſiaſtico, p. 1. tract. 4. c. 1. quæſt. 2. in princ. Bonacin. de Sacram. diſp. 1. quæſt. 4. punct. 1. num. 6. Laymann. in Theolog. morali, lib. 5. tract. 1. cap. 3. Ioann. de Lugo de Sacram. in genere diſp. 1. in princ. & diſp. 3. num. 69. & diſp. 5. ſect. 2. num. 20.

5. δ CANON III.] Vide Cardin. Bellarm. lib. 2. de Sacramentis, c. 18. Vazquez in 3. p. S. Thom. tom. 2. q. 74. diſp. 177. num. 6. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 6. cap. 3. quæſt. vnic. Balduin. iun. ſuper opera controuerſ. Bellarmini, lib. 1. c. 8. propè fin. Petr. de Ledeſma in ſumm. part. 1. vbi de Sacramentis in communi, cap. 7. concluſ. 3. Campan. in diuerſor. iuris Canon. rubr. 1. num. 14. Homobon. de Bonis de examine eccleſiaſtico, part. 1. tract. 4. quæſt. 4. Hurtado de Sacramentis, diſput. 5. de Sacramentis in genere, difficult. 2. verſ. de ordine, vbi quod non omnia Sacramenta ſunt æqualia.

6. ε CANON IV.] Vide Magiſtrum in 4. diſt. 1. vbi S. Thom. quæſt. 1. & part. 3. quæſt. 61. art. 1. S. Antonin. part. 3. tit. 14. cap. 11. §. 4. Canon. in relect. de Sacramentis in genere, cap. 24. Hugo Victorin. lib. 1. de Sacramentis, part. 9. cap. 3. Cardin. Bellarm. d. lib. 1. cap. 22. Valent. tomo 4. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 1. Chamerot. de Sacramentis in genere, cap. 3. Soar. tomo 3. diſput. 3. Henriquez d. lib. 1. cap. 4. §. 1. Viuald. in candel. aureo, vbi de Sacramentis in genere, cap. 3. num. 1. Ioann. de Lugo de Sacrament. in genere, diſput. 3. ſect. 2. num. 9. Valer. Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 26. num. 9. Filliuc. lib. 2. cap. 2. quæſito 2. & 7. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 2. cap. 1. num. 27. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 3. cap. 1. art. 1. quæſt. vnic. Bonacina de Sacramentis, diſput. 1. quæſt. 1. puncto 4. num. 3. Molfeſ. in ſumma Theologiæ moralis tract. 1. cap. 8. num. 14. & 15. Campan. in diuerſor. iuris canon. rubr. 1. num. 10. verſ. ſed quia. Homobon. de Bonis de examine eccleſiaſtico, part. 1. tract. 4. cap. 1. quæſt. 3. in princip.

7. ζ CANON V.] Vide Sayr. de Sacramentis in genere lib. 3. cap. 7. quæſt. vnic. art. 2. & 3. Vazquez in 3. part. D. Thom. tom. 2. diſp. 131. num. 34. & diſp. 149. num. 5.

8. η CANON VI.] Vide Henriquez in ſumma lib. 1. cap. 17. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 5. cap. 5. quæſt. vnic. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 26. à num. 43. Petr. de Ledeſma in ſumm. part. 1. tract. de Eucnariſtia, cap. 10. concluſ. 1. Bonacina de Sacrament. diſp. 1. quæſt. 4. punct. 1. num. 6. & diſp. 2. quæſt. 2. punct. 7. num. 4. Fernandez in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 1. §. 9. num. 1. & 5. Filliucius in quæſtion. moral. tract. 1. de Sacramentis, cap. 6. num. 92. Ioann. de Lugo d. diſp. 3. ſect. 2. num. 9. Torreblanca d. lib. 2. cap. 14. num. 7.

9. θ CANON VII.] Vide S. Thom. p. 3. quæſt. 62. art. 1. Couarr. de ſponſal. p. 2. cap. 1. §. vnic. num. 3. D. Felician. de Vega Archiepiſc. Mexican. ad cap. quanto. de iudic. num. 38. verſ. vel per cauſam. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 2. c. 2. num. 49. Hurtado de Sacram. diſp. 3. de Sacram. in genere diffic. 4. in princip. Cardin. Bellarm. d. lib. 1. de Sacrament. cap. 26. Ægid. de ConincK de Sacrament. quæſt. 64. art. 9. à num. 108. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 26. à num. 43. Petr. de Ledeſma in ſumm. p. 1. vbi de Sacrament. in communi, c. 7. concluſ. 1. Bonacina de Sacram. diſp. 1. quæſt. 4. punct. 1. num. 4. Filliuc. in quæſt. moral. tom. 1. tract. 1. de Sacramentis, cap. 6. num. 96. verſic. noſtra. & num. 99. & 134. Homobon. de Bonis de examine eccleſiaſtico, part. 1. tract. 3. cap. 8. quæſt. 72. in princip. Layman. in Theologia morali, lib. 5. tract. 1. c. 6. num. 1. cum ſeqq.

10. ι CANON VIII.] Vide Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 5. cap. 2. in princip. Ægid. de ConincK de Sacrament. quæſt. 62. art. 1. dub. 1. Bonacina de Sacrament. diſp. 1. quæſt. 4. puncto 1. num. 2. Fernandez in examine Theologiæ moralis, part. 3. cap. 1. §. 9. num. 6. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 4. cap. 3. nu. 2. Cardin. Bellarm. de Sacrament. lib. 2. c. 3. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 2. cap. 2. num. 8. & 9. Hurtado de Sacram. diſput. 3. de Sacramentis in genere difficult. 1. Marchin. de Ordine tract. 1. p. 3. c. 1. num. 7. Ioan. de Lugo vbi ſuprà.

11. κ CANON IX.] Vide Richard. in 4. ſentent. diſtinct. 5. art. 2. quæſt. 4. Guilielm. Aluerin. de ſacram. Confirmat. verſ. qui ſigillum, Auguſt. Triumph. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 58. artic. 7. Soar. tomo 3. diſp. 11. ſect. 1. Henriquez in ſumm. lib. 1. cap. 13. Franc. Pitigian. diſtinct. 6. quæſt. 9. & 10. Sayr. de Sacramen-

cramen-

*cramentis in genere, lib. 4. cap. 1. cum ſeqq.* Chamerot. *de Sacram. c. 4. dub. 5.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. quæſt. 63. art. 1 in princ.* Vazquez *in 3. part. D. Thomæ, tom. 2. quæſt. 146. num. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 26. à num. 48.* Petr. de Ledeſma *part. 1. de Sacrament.* vbi de confirmat. *cap. 4. concluſ. 2.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 25.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rubr. 1. num. 23. & rubr. 2. num. 11. & 22.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 1. quæſt. vnica, puncto 1. num. 1. & quæſt. 5. punct. 1. num. 1. & 2.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſtico part. 1. tract. 3. cap. 8. quæſt. 72. verſ. alter. & tract. 4. cap. 1. quæſt. 4. & 5.* Paulus Layman. *in Theologia morali, tom. 2. lib. 5. tract. 1. cap. 7. per totum,* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract. 1. c. 8. num. 30.* Filiuc. *in quæſt. moral. tom. 1. tract. 1. de Sacramentis, c. 7. num. 114. & num. 117. & tract. 2. num. 151.* Ioan. de Lugo *de Sacramentis in genere, diſput. 6. ſect. 1. num. 5.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 2. num. 45.* Hurtado *diſput. 3. de Sacramentis in genere, diffic. 10. & 14.*

12. λ CANON X.] Vide Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 46. num. 1.* Vazquez *in 3. p. D. Thomæ, tom. 2. quæſt. 138. num. 9.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. c. 1. §. 10. num. 1. propè fin.* Henriquez *in ſumm. p. 1. lib. 1. c. 26. §. 3.* Cardin. Bellarm. *tom. 2. lib. 1. c. 24.* Anguian. *de legib. lib. 2. controuerſ. 1. num. 68. in fine.* Hurtado *de Sacramentis, diſput. 4. diffic. 3. in fine.*

13. μ CANON XI.] Vide Sayr. *de Sacramentis in genere, lib. 2. cap. 3. quæſt. vnic. art. 3. poſt princip.* Petr. de Ledeſma *p. 1.* vbi de Sacramentis in communi, *c. 6. concluſ. 15.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 4.* Ægid. de ConincK *de Sacramentis, tom. 1. quæſt. 64. art. 8. dub. 1. num. 62.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent lib. 26. à num. 36.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. c. 1. num. 50. verſ. requiritur, pag. 58.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonici rubr. 1. num. 24. & num. 94.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. p. 1. tract. 4. cap. 2. quæſt. 8. in fine.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract. 1. cap. 7. num. 15. & 17. & tract. 2. cap. 4. num. 14.* Scholaſt. *in 4. diſt. 6.* Bonauent. *p. 2. art. 2.* Durand. *quæſt. 2.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 4. num. 4. & cap. 5. num. 18.* Hurtado *de Sacramentis, diſput. 4. de Sacramentis in genere, difficult. 4. verſ. magiſter verò,* vbi *difficult. 5.* quærit, vtrùm ad valorem Sacramenti ſufficiat intentio efficiendi Sacramentum, quando præterita eſt? & *difficult. 6.* vtrùm intentio conditionata efficiendi Sacramentum ſufficiat ad eius valorem? & *diffic. 7.* An ad valorem Sacramenti neceſſarium ſit intentionem miniſtri fieri in perſonam certam ſine errore? Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœnitentia lib. 4. quæſt. 209.*

ν CANON XII.] Vide Concil. Arelatenſ. I. *c. 8.* Concil. Carthaginenſ. I *c. 1.* Auguſtinum *lib. 3. contra Donatiſtas, cap. 10. verſ. Baptiſmus, & lib. 4. cap. 4. verſ. ſi per vim.* Iſidorus Hiſpalenſ. *lib. 6. etymolog. cap. 18. verſ. Sacramenta, & de diuinis officijs, lib. 2. cap. 24.* Petr. Damian. *15. cap. 4. verſ. ſyncera, & cap. 9. de Baptiſmo, & Euchariſt.* Hugo Victorin. *in 1. ad Corinth. quæſt. 102.* Magiſt. *in 4. ſentent. diſtinct. 5.* vbi Bonauent. *quæſt. 1.* & Scot. etiam *quæſt. 1.* S. Thom. *lib. 4. contra gentiles, cap. 77. & part. 3. quæſt. 64. art. 5.* Durand. *in rationali diuinorum, lib. 4. cap. 1. verſ. in Sacramento.* Catharin. Senenſ. *tract. 3. cap. 115.* Thom. VValdenſ. *tomo 2. de Sacramentis, cap. 1.* Turrecremata *in ſumm. de Eccleſia, lib. 1. cap. 99.* Chamerot *de Sacramentis, cap. 2. dub. 4.* Barthol. ab Angelis *de Sacramentis, dialog. 1. §. 38.* Henriquez *in ſumm. lib. 1. cap. 29.* Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico, tomo 2. lib. 5. art. 2.* Petrus de Ledeſma *in ſumm. part. 1. tract. de Euchariſtia, cap. 9. concluſ. 8.* Cened. *ad decretum collect. 39. num. 3.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib. 5. cap. 4. & lib. 2. cap. 6. art. 2. quæſt. vnic.* Soar. *tom. 3. diſput. 13. ſect. 4.* Vazquez *in 3. part. D. Thomæ, tom. 2. diſput. 157. num. 18.* Ægid. de ConincK *de Sacramentis, quæſt. 64. art. 5. & quæſt. 82. num. 24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 26. num. 34.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. §. 1. num. 1.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract. 1. cap. 7. num. 15. 17. 19. & 22.* Paul. Layman *in Theologia morali, lib. 5. tract. 1. cap. 5. num. 6.* Valent. *tomo 4. diſput. 4. quæſt. 5. puncto 3.* Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Sacramentis, cap. 26.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 4. num. 47.* vbi *num. 48.* tenet in peccato exiſtentem ex tali adminiſtratione peccare mortaliter, ſiue ſe ingerat, ſiue adminiſtret ex officij neceſſitate, Hurtado *de Sacramentis, diſputat. 4. de Sacramentis in genere, difficult. 4.* vbi *difficultate 9.* quærit vtrùm in Miniſtro requiſita ſit ſanctitas vt licitè adminiſtret Sacramenta. 14.

ξ CANON XIII.] Vide Henriquez *in ſumm. lib. 1. cap. 11.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tomo 1. quæſt. 66. num. 99. & quæſt. 71. num. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 26. num. 10. & 28. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumm p. 1. de Sacrament.* vbi de Baptiſmo, *cap. 12. concluſ. vlt. in fine.* Bonacina *de Sacrament. diſp. 1. quæſt. vlt.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. p. 1. tract. 4. cap. 2. quæſt. 7. in fine* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract. 1. cap. 9. num. 7.* Hurtado *de Sacramentis, tract. de Confirmat. difficult. 14. in fine.* 15.

# DE BAPTISMO.

1 *Doctores de ſacramento Baptiſmi agentes.*
2 *Baptiſmus Ioannis non habuit eandem vim cum Baptiſmo Chriſti.*
3 *Aqua vera & naturalis eſt de neceſſitate Baptiſmi.*
4 *Eccleſia Romana omnium aliarum mater, & magiſtra.*
5 *Baptiſmus datus ab hæreticis cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, eſt verus.*
*Cyprianus reprobatur. ibid.*
6 *Baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem.*
7 *Baptizatus poteſt gratiam amittere per peccatum quamuis nolit.*
8 *Baptizati per Baptiſmum ipſum vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ debitores fiunt.*
9 *Baptizati ſubijciuntur omnibus S. Eccleſiæ præceptis.*
10 *Peccata quæ poſt Baptiſmum fiunt ſola fide ſuſcepti Baptiſmi non dimittuntur.*
11 *Baptiſmus ritè collatus non eſt iterandus illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit cùm ad pœnitentiam conuertitur.*
12 *Baptizandum neminem eſſe niſi ea ætate, qua Chriſtus baptizatus eſt, ſi quis dixerit, anathema.*
13 *Paruuli ſuſcipiunt Baptiſmum quamuis actum credendi non habeant.*
14 *Paruuli baptizati cùm adoleuerint interrogandi nō ſunt, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine polliciti ſunt.*

α CANON I.

SI quis dixerit, [a] Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum Baptiſmo Chriſti, anathema ſit.

β CANON II.

Si quis dixerit, [b] aquam veram, & naturalem non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque ideò verba illa Domini Ieſu Chriſti: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, ad metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit.

a Auguſt. Enchirid. c. 40. cap. aliud. & c. non regenerabantur, de cōſec. d. 4.
b Cap. pen. de Bapt. Ioā. 3. c. filius. & c. non dubito. de conſecr. diſt. 2.

γ CANON III.

*c* Can. nõ decet. 11. diſt. c. ad abolendam. de hæretic.

Si quis dixerit, [c] in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, non eſſe veram de Baptiſmi ſacramento doctrinam, anathema ſit.

δ CANON IV.

*d* Cõc. Flor. in decret. Eugenij cap. di ctũ §. quod verò. cum 2. c. ſeq. 1. q. 1.

Si quis dixerit, [d] Baptiſmum qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum Baptiſmum, anathema ſit.

ε CANON V.

*e* Ioann. 3. c. nulla præter. de conſecr. diſt. 4.

Si quis dixerit, [e] Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.

ζ CANON VI.

Si quis dixerit, baptizatum non poſſe, etiam ſi velit, gratiam amitteret, quantumcumque peccet, niſi nolit credere, anathema ſit.

η CANON VII.

*f* Sic ad Galat. 5. dicit Paulus, Teſtificor omni homini, &c.

Si quis dixerit, [f] baptizatos per Baptiſmum ipſum ſolius tantùm fidei debitores fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ, anathema ſit.

θ CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare non teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſummittere voluerit, anathema ſit.

ι CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam vt vota omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt vi promiſſionis, in Baptiſmo ipſo iam factæ, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea & fidei, quam profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi Baptiſmo, anathema ſit.

κ CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fide ſuſcepti Baptiſmi vel dimitti, vel venialia fieri, anathema ſit.

λ CANON XI.

Si quis dixerit, verum, & ritè collatum Baptiſmum iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiam conuertitur, anathema ſit.

μ CANON XII.

Si quis dixerit, neminem eſſe baptizandum, niſi ea ætate qua Chriſtus baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, anathema ſit.

ν CANON XIII.

*g* Aug. lib. de peccat. mor. & remiſ. cap. 19. & lib. 3. c. 2.

Si quis dixerit, paruulos, eo quòd actum credendi non habent, ſuſcepto Baptimo [g] inter fideles computandos non eſſe: ac propterea, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos: aut præſtare omitti eorum Baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit.

ξ CANON XIV.

Si quis dixerit, huiuſmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod patrini, eorum nomine, dum baptizarentur, pollicitꝰ ſunt: &, vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, anathema ſit.

1. VIde Magiſtr. & Theologos *in 4. diſtinct. 3.* vbi Sot. S. Thom. *p. 3. q. 66. cum ſeqq.* vbi Cabrera, Dicac. Nugnez, Catech. Roman. *tit. de Baptiſmo.* Tabien. Armil. Angel. Sylueſt. & alios Summiſtas *verb. Baptiſmum,* Lancellot. *in inſtit. canonic. titul. de Baptiſmo,* Archiepiſcop. Bononienſ. ſub Illuſtriſſimo Cardin. Paleotho *part. 3. à princip.* Cardin. Bellarmin. *in controuerſ. catholic. tom. 2. lib. vnic. de Baptiſmo,* Viuald. *in candel. aureo,* vbi de Sacram. Baptiſmi, Henriq. *in ſumm. lib. 2. de Baptiſmo,* Petr. Sot. *lect. 1. de Baptiſmo,* Cardin. Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib. 2. cap. 18.* Soar. *tom. 3. de Sacrament. diſput. 19. cum ſeqq.* Barthol. ab Angelis *de Sacrament. dial. 1. & 2.* Chamerot. *in eod. tract.* vbi de Baptiſmo, Vazq. *in 3. p. tom 3. diſp. 140 cum ſeqq.* Valent. *tom. 4. diſput. 4.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 25.* Carill. *in tabula Sacrament. tit. de Sacrament. Bapiſmi,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 1 de Sacram.* vbi de Baptiſmo, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 27.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part. 2. lib. 2. cap. 1.* Galganet. *de iure publico, lib 3. tit. 84.* Poſſeuin. *de officio Curati, cap. 6.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 1. quæſt. 66.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. à quæſt. 1. vſque ad 14.* Bonacin. *de Sacrament. diſputat. 2. de Baptiſmo,* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p. 3. c. 2.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 4. cap. 1. de Baptiſmo,* Filliuc. *in q. moral. to. 1. tract. 2.* Ioan. Maldonat. *in tract. de Baptiſmo.* Paul. Layman. *in Theolog. mor. lib. 5. tract. 2.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 4. & 5.* Hurtado *in tract. de Sacram. Baptiſmi,* metipſum *de officio & poteſt. Parochi c. 18.*

2. α CANON I. ] Vide Baſil. Magn. *in exhortat. ad Baptiſmum, verſ. Ioannes,* Gregorium Nazianzen. *orat. 39.* quæ eſt oratio panegyrica in ſancta lumina, Cyril. Alexandrin. *lib. 1. in Ioannem cap. 26. & lib. 2. cap. 57.* Tertullian. *lib. de Baptiſmo c. 10.* Auguſt. *in enchirid. ad Laurentium cap. 49.* Gregor. Magn. *ſuper Euangelia homil. 7.* Iſidor. Hiſpalen. *de officio Eccleſ. lib. 2 cap. 24.* Anſelm. *ad cap. 3. Matthæi, verſ. Baptiſmus Ioannis,* Vgo. Victorin. *tract. 5. de Baptiſmo, cap. 1. & de Sacram. fidei lib. 2. p. 6. cap. 6.* Magiſt. *in 4. ſent. diſt. 2.* vbi Durand. *quæſt. 4.* & Paludan. *q. 2. art. 3.* S. Thom. *p. 3. q. 38. art. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 2. cap. 32. §. 4. & 5.* Franc. Pitigian. *diſt. 2. quæſt. 2. art 4.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p. 2. lib. 2. cap. 3. prope fin.* Iodoc. Cocc. *in theſauro catholico, tom. 2. lib. 5. art. 5.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 84. num. 7,* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p. 3. c. 2. §. 1. num. 2.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 2. in princip.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis, tract. 4. cap. 1. num. 98. in fine.*

3. β CANON II. ] Vide Nauarr. *in man. cap. 22. num. 5. & 6.* Cardin. Bellarmin. *libro vnic. de Baptiſm. cap. 4.* Henriq. *in ſumm. libro 2. cap. 6.* Soar. *tomo 3. quæſt. 66. artic. 4. diſputat. 20. ſect. 1.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſiar. Bellarmini lib. 2. cap. 1. verſic. de materia Baptiſmi,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 27. num. 10.* Ægid. de ConincK *de Sacram. quæſt. 66. num. 20.* Valent. *tom. 4. diſp. 4. quæſt. 1.*

quæſt.1. puncto 2. Viuald. in candelabro aureo, vbi de Baptiſmo, cap.2. num.4. Petr. de Ledeſma in ſumma part.1. tract. de Sacrament. Baptiſmi, cap.3. verſic. primera concluſion, Poſſeuin. de officio Curati cap.6. de Baptiſmo num.2. Bonacin. de Sacrament. diſput.2. quæſt.2. puncto 3. num.1. Fernandez in examine Theolog. moral. p.3. cap.2. §.3. num.1. cum ſeqq. Molfeſ. in ſumma Theologiæ moral. tract.4. cap.1. num 32. Filliuc. in quæſt. moralib. tom.1. tract.2. de Sacrament. Baptiſmi cap.2. num.23. Torreblanca de iure ſpirit. lib.2. cap.5. à num.9. Hurtado de Sacram. diſput.1. de Baptiſmo diffic.2. cum ſeqq. citatos per me in collect. ad cap.1. num.19. de ſumma Trinit.

4. γ CANON III.] De Eccleſia Romana omnium aliarum matre, & magiſtra, agunt Doctores, quos plena manu citaui de officio, & poteſt. Epiſcopi part.1. tit.3. cap.2. num.14.

5. δ CANON IV.] Vide Victor. de Sacrament. quæſt. 28. Conrad. Brun. de hæret. in 6. cap 2. Simanch. de inſtit. cathol. cap.52. num.2. Henriq. in ſumma lib.1. c.28. in princ. & lib.2. c.28. §.2. Nugn. p.3. q.67. art.5. diffic.2. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub.1. num.103. Fernandez in examine Theologiæ moralis p.3. cap.2. §.4. à num.1. Bonacin. de Sacram. diſp.2. quæſt.2. puncto 5. num.6. Torreblanca de iure ſpirit. lib.2. cap.5. num.8. & 9. Licèt autem Cyprian. in Concil. Prouinciali Carthaginen. circa annum. Domini 256. decreuerit baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos, eique ſubſcripſerint amplius quàm octuaginta Epiſcopi ex prouincia Africana, Numidia, & Mauritania, vt refertur in cap. ſi quis inquit 1. quæſt.1. & in c. quomodo, de conſecr. diſt.4. ipſumque propterea errore lapſum dixerit Auguſtinus lib.5. de Baptiſmo, cap.20. & lib.6. contra Donatiſtas c.23. eique grauiter propterea reſtiterit Stephanus Papa, illumque reprobauerit, atque correxerit, vt Euſebius docet lib.7. hiſtoriæ Eccleſ. cap.3. & 4. poſt D. Hieron. in dialog. aduerſus Luciferianos ob id tamen haud quaquã hæreticus exiſtimatus fuit idem Cyprianus, ſiquidem non pertinaciter, ſed inaduertenter illud protuliſſe fertur, ac poſtmodum veritate manifeſtiùs cognita ſe correxit, & retractauit, necnon Stephani decreto vnà cum Epiſcopis illis obtemperauit, teſte Vincent. Lyrinenſi in ſuo libello aduerſus prophanas hæreſum nouationes, & Pena ad direct. Inquiſit. p.2. q.17. commento 42. verſ. ſciendum eſt. Hactenus Campan. loco proximè citato.

6. ε CANON V.] Vide Paul. Fuſc. de viſitat. lib.1. cap.7. num.2. Henriq. in ſumma lib.2. cap.3. Soar. tom.3. diſput.27. Sayr. de Sacrament. in genere, lib.6. cap.4. quæſt.1. verſ. eſt quidem Baptiſmus, Ægid. de ConincK de Sacrament. & cenſur. tom.1. q.68. num.6. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.27. num.7. Bonacin. de Sacram. diſput.2. quæſt. 2. puncto 2. num.3. Filliuc. in quæſt. moral. tom.1. tract.2. de Sacrament. Baptiſmi, num.116. & 128.

7. ζ CANON VI.] Vide Henriq. in ſumma lib.1. cap. 12. §.6. Vazq. in 3. p. D. Thomæ tom.2. diſp.156. num.63. in fine, Petr. de Ledeſma in ſumma part.1. vbi de Baptiſmo. cap.8. concluſ.1. Bonacin. de Sacrament. diſput.1. quæſt.4. puncto 7.

8. η CANON VII.] Vide Cardin. Bellarm. lib. vnic. de Baptiſmo, cap.15. Henriq. in ſumma lib.1. c.12. §.6. litt T. Valent. tom.4. diſp.4. q.4. puncto 1. ad fin. Vazq. in 3. p. tom. 2. diſpu.156. num.68. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.27. num.64. Bonacin. de Sacrament. diſput.2. q.2. puncto 7. num.12. verſ. tertius eſt. Molfeſ. in ſumma Theologiæ moral. tract.4. cap.1. num.55.

θ CANON VIII.] Vide Cardin. Bellarmin. lib. vnic. de Baptiſmo, cap.16. & lib.2. de Sacrament. c.29. Henriq. in ſumma lib.1. c.12. §.6. littera V. Vazq. in 3. p. tom.2. diſput.156. num.69. 9.

ι CANON IX.] Vide Cardin. Bellarm. lib. vnico, de Baptiſmo, cap.17. Vazq. in 3. part. tom.2. diſput.156. num 70.

κ CANON X.] Vide Cardin. Bellarmin. lib. vnic. de Baptiſmo, c.18. & lib.1. de pœnit. cap.11. col. antepen. & c.12. cum duobus ſeqq. Henriq. in ſumma lib.4. cap.1. in proœm §.4. litt. B. Vazq. in 3. p. tom.2. diſput.156. num.75. Galganet. de iure publico lib.3. tit.84. num.10. Filliuc. in quæſt. moral. tom.1. tract.2. de Sacram. Baptiſmi, num.114. 10.

λ CANON XI.] Vide Sebaſt. Medic. in ſumma omnium hæreſum, in ſexta hæreſi, pag.69. Rupert. Inquiſit. verb. Baptiſmus, verſ. ſed iteratio. Vazq. in 3. p. tom.2. diſput. 146. num.6. Soar. tom.3. diſput.22. ſect.2. & diſput 31. ſect.6. verſ. ſecundò notandum, Iacob. de Graff. in aureis deciſ. p.2. lib.1. cap.1. num.10. & 11. Cencd. ad decretum collect.63. Bonacin. de Sacrament. diſputat.2. quæſt.2. puncto 7. num. 10. in princ. Filliuc. in quæſt. moral. tom.1. tract.2. de Sacramento Baptiſmi, num.151. Torreblanca de iure ſpirit. lib.2. c.4. num.46. Hurtado de Sacram. diſput.1. de Bapt. diffic.11. cum ſeqq. 11.

μ CANON XII.] Vide Cardin. Bellarm. lib. vnic. de Baptiſmo cap.8. & 9. Vazq. in 3. part. tom.2. diſp.154. num.3. Molfeſ. in ſumma Theologiæ moralis tract.4. cap.1. num.49. Filliuc. in quæſt. moral. tom.1. tract.2. de Sacram Baptiſmi, num.136. 12.

ν CANON XIII.] Vide Clem. Roman. conſtit. Apoſt. lib.6. cap.15. verſ. baptizate. Origen. hom.14. in Lucam, verſ. paruuli baptizantur, Ambroſ. lib.10. epiſt.84. Auguſt. contra Donatiſtas lib.4. cap.23. & 24. & in enchirid. ad Laurentium cap.43. verſ. à paruulo, & lib.3. de anima, cap.9. Cæleſtin. Papã epiſt ad Galliarum Epiſcopos, cap.12. Leo. I. epiſt.39. ad Leonem Rauennaten. Gregor. Magn. lib.1. epiſt.41. & lib.3. epiſt.9. Iſidor. Hiſpalen. de ſummo bono lib.1. c.24. & de Eccleſ. offic. lib.2. c.24. Bernard. epiſt.77. & 240. verſ. paruulis, Hug. Victorin. tract.5. de Sacrament. Baptiſmi, c.6. & lib.2. de anima c.28. Thom. VValden. tom.3. tract.5. cap.154. Ioann. Gerſon. de vita animæ ſpirituali lib.2. Laurent. Iuſtinian. de perfectionis gradibus cap.14. verſ. pueris, Magiſt. in 4. diſt.4. S. Thom. p.3. quæſt.69. Henriq. in ſumma lib.1. cap.17. §.5. litt. H. & I. & lib.2. cap.15. §.2. litt. D. Paul. Fuſc. de viſitat. lib.2. cap.21. num.8. in fin. Iodoc. Cocc. in theſauro catholico lib. 5. art.6. Balduin. iun. ſuper opera controuerſ. Bellarmini p.2. lib. 2. c.2. verſ. de prima quæſtione, Ægid. de ConincK de Sacrament. tom.1. q.68. art.9. num.58. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.27. num.34. Paganin. Gaudent. de dogmatibus, & ritibus veteris Eccleſiæ, c.50. Torreblanca de iure ſpirit. lib.2. cap.2. num.13. & c.5. à num.27. Hurtado de Sacram. diſput.2. de Baptiſmo diffic.2. 13.

ξ CANON XIV.] Vide Henriq. in ſumma lib.2. c.15. §.2. litt. E. & c.24. §.1. litt. B. Vazq. in 3. p. tom.2. q.68. diſput.154. num.3. Petr. de Ledeſma in ſumma p.1. tract. de Baptiſmo c.8. concl.9. Molfeſ. in ſumma Theologiæ moral. tract.4. c.1. num.49. in med. & num.80. 14.

# DE CONFIRMATIONE.

1 *Doctores de Sacramento Confirmationis agentes.*

2 *Confirmatio baptizatorum eſt verum & proprium Sacramentum.*

3 *Epiſcopus ſolus eſt ordinarius miniſter ſanctæ Confirmationis.*

4 *Confirmationis Sacramentum non poteſt adminiſtrari ab Abbate etiam conſecrato qui non ſit Epiſcopus, nec à ſimplici ſacerdote, niſi tantùm ex delegatione Papæ.*

5 *Abbates ex priuilegio Sedis Apoſt. de conſenſu Ordinarij Confirmationis Sacramentum conferre poſſunt.*

α CANON I.

SI quis dixerit, [a] Confirmationem baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit.

β CANON II.

Si quis dixerit, [b] iniurios eſſe Spiritui ſancto eos, qui ſacro Confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt, anathema ſit.

γ CANON III.

Si quis dixerit, [c] ſanctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem anathema ſit.

[a] Cap. nullus miniſtrorum de conſecr. diſt. 4
[b] Vide ſi ep. Vrbani I. ad omnes, &c. c. 1. cum ſeq. de conſ. d. 5.
[c] Cap. manus, de conſ. diſt. 5. Concil. Flor. loc. cit. Vide Euſeb. Papã in epiſt. ad Epiſ. Tuſciæ. Melchia. de Heſp. Innoc. I. epiſt. 1. c. 3. & ſeſ. 25. c. 4

1. VIde Tabien. Armil. Angel. Sylueſt. & alios ſummiſtas *verb. Confirmatio*, Catechiſm. Roman. *tit. de Confirmat.* Caſtr. *lib. 4. aduerſus hæreſes, ver. Confirmatio*, Alphonſ. Aluarez. Guerrero *in ſpeculo iuris Pontific. tit. de Confirmatione*, Anton. Cuch. *lib. 5. inſtit. maior. tit. 3. de Sacrament. Confirmat.* Couarr. *lib. 1. var. cap. 10.* Nauarr. *in man. cap. 22. num. 8.* Angl. *in floribus theolog. p. 1. de Confirmatione*, Candel. Aureum *eod. tit.* Cardin. Bellarmin. *lib. vnic. de Sacrament. Confirm.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib. 2. cap. 15.* Henriq. *in ſumma lib. 3.* Soar. *tom. 3. diſput. 36.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 1. cap. 5.* Ioann. Maldonat. *in tract. de Confirmat.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. tract. de Sacrament. Confirmat.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 86.* Bonacina *de Sacrament. diſp. 3.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 2. c. 3.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 4. c. 2.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tom. 1. tract. 3.* Mauric. de Alzedo *in praxi Epiſcopi p. 2. cap. 4.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. allegat. 30.* Paul. Laymann. *in Theologia morali lib. 5. tract. 3.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Sacram. Confirm.* Zerol. *in praxi Epiſcopi p. 1. verb. Chriſma*, Zambran. *de caſib. occurrentib. in art. mortis cap. 2. de Confirmat.* Vgolin. *de officio Epiſcopi c. 26.* Torreblanca *in practicabilibus iuris ſpirit. lib. 2. cap. 6. per tot.* Hurtado *in tract. de Sacram. Confirmationis*.

2. α CANON I.] Vide Henriq. *in ſumma lib. 1. cap. 3. §. 2. & lib. 3. c. 1. §. 2.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 2. verſ. verior itaque opinio*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 4. & 28.* Petr. de Ledeſma *in ſumma par. 1. tract. de Sacram. Confirmationis cap. 1. concl. 2.* Piaſec. *in praxi Epiſcopi par. 1. cap. 3. num. 1. verſ. eſt autem*. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 4. cap. 2. num. 20.* Paul. Layman. *in Theologia moral. lib. 5. cap. 1.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 6. num. 9.* Hurtado *de Sacram. Confirmat. diff. 2.*

β CANON II. Vide Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 2. c. 2. q. 3. art. 2. verſ. verior itaque opinio, & lib. 5. cap. 1. quæſt. vnic. art. 2. verſ. de Confirmatione*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 3. num. 1. verſ. eſt autem*, Fernandez *in examine Theologiæ moralis par. 2. cap. 3. §. 1. numer. 1.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tom. 1. tract. 3. de Sacramento Confirmationis num. 8. & 44.*

3. γ CANON III.] Vide Euſeb. 1. *epiſt.* 1. Leon. *epiſt. 88.* Gregor. *in regiſt. 2. epiſt. 9.* Caniſ. *de Confirmat. cap. 3.* Durand. *in rationali diuinorum Officiorum lib. 5. cap. 84. nu. 1.* Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontificij tit. de Confirmat. pag. mihi 179.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 10. nu. 6. & 14.* Nauarr. *in man. cap. 22. numer. 8. verſ. dixi Epiſcopus*, Soar. *tom. 3. diſput. 36.* Henriq. *in ſumma lib. 3. cap. 6.* Cardinal. Bellarm. *lib. vnic. de Confirmat. cap. 12.* Iodoc. Cocc. *in theſauro cathol. tom. 2. lib. 5. art. vlt.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p. 2. lib. 2. cap. 6. prope fin. verſ. Catholici omnes*, Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacram.* vbi *de Confirmatione, cap. 9.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 1. quæſt. 72. num. 97. & num. 105.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 3. de Confirmat. num. 1. pag. 72.* Chamerot. *de Sacrament. tract. de Confirmat. cap. 5. de miniſtro Confirmat.* Ioan. Maldonat. *in tract. de Confirmat. quæſt. 2.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 25. num. 2.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. q. 44. art. 1. concl. vnica in fine*, Anguian. *de legib. lib. 2. contr. 1. num. 69.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. c. 738. num. 38.* Rota impreſſa per Poſtium *poſt ſuum tract. mandati de manut. deciſ. 64. num. 11.* Torreblanca *de iure publico lib. 2. cap. 6. num. 25.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Confirmat. diffic. 12.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 3. quæſt. vnica, puncto 2. num. 3.* Petr. Sot. *in lection. de inſtitut. Sacerd. lect. 2. de Sacram. Confirmat. verſ. de miniſtro*, Anguian. *de legib. lib. 2. controuerſ. 1. num. 71.* Soar. *de relig. tom. 4. lib. 2. cap. 30. num. 2.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. cap. 3. §. 3. num. 2.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 4. cap. 2. num. 26.* Mauric. Alzedo *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 4. num. 1.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 30. num. 1.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 5. tract. 3. cap. 6.*

Hinc Doctores inferunt, Confirmationis Sacramentum ita eſſe actum Ordinis Epiſcopalis, vt non poſſit adminiſtrari ab Abbate etiam conſecrato qui non ſit Epiſcopus, nec à ſimplici ſacerdote de Epiſcopi licentia, niſi tantùm ex delegatione ſummi Pontificis, ita docent S. Thom. *3. p. q. 72. art. 11.* vbi Nugn. *dub. 2.* Coninck *num. 97. & 105.* Couarr. *d. c. 10. num. 6. & 14.* Victor. *de Sacrament. num. 49.* Angl. *in floribus theolog. quæſt. tit. de Confirmat. art. 8. concl. 3.* Cardin. Bellarm. *de Confirmat. cap. 12.* Nauarr. *d. num. 8. & conſil. 14. num. 2. de priuileg. in nouis*, Henriq. *d. c. 6. §. 4. & lib. 1. c. 26. §. 5. litt. G. & lib. 10. cap. 23. §. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 1. c. 5. num. 29. & 30. & tom. 1. conſil. ſub tit. de ſacra vnctione, conſ. 1. num. 5. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacrament.* vbi de Confirmat. *cap. 9.* Franc. de Pitigian. *diſt. 7. quæſt. 1. art. 5. 10. & 18.* Valent. *tom. 4. diſput. 5. quæſt. 2. puncto 1.* Vazq. *in 3. part. quæſt. 72. art. 3. diſput. 219. cap. 1. num. 3.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap. 15. num. 3.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, part. 3. cap. 3. §. 3. num. 3.* Molfeſ. *d. c. 2. num. 27.* Mauric. Alzed. *d. cap. 4. num. 2. & 25.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 18. art. 3.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. q. 4. verſ. in primis*, Chamerot. *d. cap. 5. in fine*, Ludouic. Miranda *d. q. 24. art. 4.* Valer. Reginald. *d. lib. 28. num. 17. cum ſeqq.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 3. verſ. dixi*, Torreblanca *in practic. iuris ſpirit. lib. 2. c. 6. num. 26.* Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. Sacrament. Confirmat. num. 8.* Ioan. de Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 18. num. 34.* Hurtado *d. tract. de Confirm. diffic. 13.* Ego ipſe *d. alleg. 30. num. 4.* 4.

Vnde Abbates ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ de conſenſu Ordinarij Confirmationis Sacramentum conferre poſſe refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Epiſcopis, num. 77.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 30. num. 5.* Ad Sacramentum enim Confirmationis licitè conferendum iuriſdictio etiam requiritur, ideoque Epiſcopus alios confirmare non debet, quàm qui ſpiritualiter ipſi ſubditi ſunt, niſi habeatur licentia ſaltem rationabiliter præſumpta proprij Ordinarij, vt ſi quis cum litteris dimiſſorijs ordinandus veniat, qui confirmatus nondum eſt, ante ordinationem confirmari poſſe notauit Henriq. *in ſumm. lib. 3. c. 6. §. 6.* Zambran. *de Confirmat. dub. 2. num. 3.* Paul. Layman. *d. lib. 5. cap. 6. num. 2.* 5.

DE

# DE REFORMATIONE.

*Quis capax regiminis Eccleſiarum Cathedralium.*

## CAPVT PRIMVM.

1 *Epiſcopi quibus qualitatibus præditi.*
2 *Epiſcopus eligi debet qui ſit ex legitimo matrimonio natus.*
3 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium ad Epiſcopatum habilis cenſetur.*
4 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium non eſt admittendus ad Cardinalatum.*
5 *Ætas 30. annorum completorum requiritur in promouendo ad Epiſcopatus culmen.*
6 *Conſecratus Epiſcopus ante annum 30. expletum non fit irregularis.*
7 *Infans ſi conſecraretur, Epiſcopus nihil ageret.*

AD cathedralium [a] Eccleſiarum regimen nullus, *α niſi ex legitimo matrimonio natus*, *β & ætate matura*, grauitate morum, *γ litterarumque ſcientia*, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, quæ incipit, [b] Cùm in cunctis, Concilio Lateranenſi promulgatam præditus aſſumatur.

a Seſſ. 12. c. 2. pl⁹ exigitur. b Parte 1. c. 3. conſtit. eius ſed lib 1. decret. tit. 6. c. 7. c. cum in cunctis. de elect.

1. VIde Franciſc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 3.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 2. tract. 3. cap. 3. del ſtado de los Obiſpos. concl. 10.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 5. cap. 4.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 1. tit. 1. cap. 5. à num. 4. & part. 2. alleg. 1. & in tract. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 9.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 2. pag. 17.* vbi *c. cùm in cunctis, de elect.* innouatur per hoc decretum Gregor. XIV. *in conſt. ſua, incip. Onus Apoſtolica*, ſub dat. Romæ die 1. Maij 1590. quam refert Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Electio, pag. mihi 309.* Vide *infrà ſeſſ. 22. de reformat. c. 2. & ſeſſ. 24. etiam de reform. cap. 2.*

2. *α Niſi ex legitimo matrimonio natus, &c.*] Nullus in Epiſcopum, niſi ex legitimo matrimonio natus, aſſumi debet, *cap. cùm in cunctis, cap. innotuit, de elect.* Franc. Leo *d. cap. 3. num. 8.* Ego ipſe *d. alleg. 1. num. 32. & in collect. ad d. c. cùm in cunctis, num. 18.* &, me citato in illis locis, Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 24.* Vgolin. *de Epiſcopo p. 1. c. 1. §. 1. num. 5.* Maurit. de Alzedo *de precellentia Epiſcop. dignit. p. 1. cap. 3. num. 16.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 1. num. 32.*

3. Ex legitimo matrimonio natus iuris fictione dicitur, ac proinde ad Epiſcopatum habilis cenſetur, per ſubſequens matrimonium legitimatus, vt reſoluunt Cou. *de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 30.* Viui. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 4. num. 101. pag. 17.* Menoch. *conſ. 16. num. 5. & 17. & conſ. 799. num. 12.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 50. ſect. 5. à num. 10.* Bellet. *diſquiſ. clerical. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 2. num. 18.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 2. cap. 14. q. 14.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 11. c. 13. nu. 127.* Iul. Lauor. *d. c. 16. num 61.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 24. num. 12.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg 67. num 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 30. num. 7.* Baſil. Pont. *de matrimon. lib. 1. cap. 11. num. 5.* Sanctarel *var. reſolut. quaſt. 42. num. 18.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect dub. 73 num. 1.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 67. num. 6.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 9. num. 14.* Maurit. de Alzedo *d. p. 1. cap. 3. num. 18.* Ego ipſe *d. allegat. 1. num. 33. & in collect. ad cap. tanta, qui filij ſint legitimi, num. 24.*

4. Non ſic ad celſitudinem Cardinalatus admittendus eſt, vt expreſsè ſtatuit Sixtus V. *in conſtit. ſua*, incip. *Poſtquam verus*, ſub dat. 3. Non. Decembris 1595. & tradunt Henriq. *in ſumm. lib. 11. c. 20. §. 2.* Sayr. *de cenſur. lib 6. c. 10. num. 13. & 14.* Bellet. *diſquiſ. cleric. part. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 3. num. 22.* Campan. *in diuerſ. iuris canon rub. 11. c. 13. num. 128. in fine*, Sanctarel. *d. q. 42. num. 19.* Ego ipſe *in collect. ad d. c. tanta, nu. 25.* Etiam ante illam conſtitutionem Sixti V. affirmauerat Nicol. de Vbaldis *in tract. de ſucceſſion. p. 1. num. 89.* ſibi dum in Rota ius diceret dixiſſe Paulum II. à labe illegitimitatis Cardinalium cœlum immunem eſſe: & idem Nicol. de Vbaldis *loco citato*, & Ludouic. Gom. *in reg. de triennali poſſeſſore, q. 2.* citati ab Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. c. 7. in fine*, referunt ſpurium quendam per Eugenium IV. in Cardinalem electum, antequam galerum acciperet è vita deceſſiſſe.

*β Et ætate matura.*] Iuxta text. *in d. c. cùm in cunctis*, nul- 5.
lus ab Epiſcopatus culmen promoueri poteſt, niſi qui iam trigeſimum ætatis ſuæ annum exegerit, id eſt, ingreſſus fuerit; ſed per dictam conſtit. Gregorij XIV. expletum deſiderari tenent Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 39* Franc. Leo *d. c. 3. num. 7.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris p. 2. lib. 17. c. 6. num. 12.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Epiſcopus num. 2.* Caſtro Palao *in opere mor. tom. 2. tract. 13. diſp. 4. puncto 3. num. 1.* Balthaſ. ab Angelis *ad auth. Presbyteros, C. de Epiſc. & cleric. num. 1. pag. 51.* Alzed. *de praexcellent. Epiſcop. dign. p. 1. c. 3. num 22.* Azor *d. p. 2. lib. 6. cap. 5. in princ.* Fr. Ludouic. à Miranda *de ordine iudic. quaſt. 4. art. 2. concl. 3.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. num. 107.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 163. verſ. primò*, Menoch. *de arbitr. caſu 427. num. 24.* Henriq. *in ſumm. lib. 10. c. 19. §. 3. & lib. 14. c. 9. in princip. verſ. ad Epiſcopatum*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 1. titul. 2. l. 1. de ætate num. 18.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 3. nu. 3. & c. 6. nu. 44.* Filliuc. *tom. 3. tractat. 41. c. 5. num. 32.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ. 10. dub. 11. num. 19.* Viuian. *in praxi iuriſpatr. lib. 1. cap. 1. num. 188.* ſecundùm vlt. impreſſ. Lauor. *dict. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 2.* Stephan. VVeyms *d. loco num. 3.*

Vtrùm autem conſecratus Epiſcopus ante annum tri- 6.
geſimum expletum fiat irregularis, incurratque alias pœnas inflictas aduersùs promotos ante ætatem? Negatiuè reſpondet Soar. *tom. 5. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. num. 29.* quem refert & ſequitur Campan *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 4. num. 17.*

Sed quod infans ſi conſecraretur Epiſcopus, nihil 7.
ageret, colligitur ex S. Thom. *in ſuppl. ad 3. p. ſum. q. 39. art. 2.* Henriquez *in ſumm. lib. 1. cap. 21. § 4. & lib. 10. cap. 14. §. 3.* Menochius *de arbitr. cent. 5. caſu 427. numero 10.* nam requiritur ætas recipientis paſtoralem curam animarum, & quemadmodum carens vſu rationis eſt inhabilis ad matrimonium corporale exigens interiorem conſenſum, vt ſcribit idem S. Thom. *in ſupplement. quæſt. 45. artic. 4.* ita pariter ad ſpirituale cum perſona conſecranda in Epiſcopum fiat ſponſus ſuæ Eccleſiæ.

*γ Et litterarum ſcientia.*] Vide *infr. ſeſſ. 22. de reform. cap. 2.* 8.

## *Quòd duas Eccleſias nullus Prælatus regat.*

### CAPVT II.

1 *Papa ſolus poteſt vni duos Epiſcopatus conferre.*
2 *Epiſcopatus duos vnire poteſt ſolus Papa.*
3 *Epiſcopatus vnus quando alteri vnitur quomodo functiones faciendæ.*
4 *Cardinales comprehenduntur hoc decreto.*

α Sub Innoc. 3. 2. Lateran. cap. 29. alij quinque adhuc diſpenſabantur.

NEmo quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, ſeu cathedrales Eccleſias, in titulum, ſiue commendam, aut alio quouis nomine, [a] contra ſacrorum canonum inſtituta, recipere, & ſimul retinere præſumat: cùm valde felix ſit ille cenſendus, *α cui vnam Eccleſiam bene*, ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit. Qui autem plures Eccleſias contra præſentis decreti tenorem nunc detinent, vna, quam maluerint, retenta, reliquas infra ſex menſes, ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, alias infra annum dimittere teneantur: alioquin Eccleſiæ ipſæ, vltimò obtenta duntaxat excepta, eo ipſo vacare cenſeantur.

VIde Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 13. à princ.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 34. num. 138.*

1. Solum Papam poſſe vni duos Epiſcopatus conferre, per *cap. relato 21. quæſt. 1. & cap. is cui 42. de elect. lib. 6.* reſoluunt Flamin. Pariſ. *de confident. q. 18. num. 9.* Abb. *quæſt. 1. colum. 3. num. 6.* Card. Tuſc. *tom. 6. litt. P. concluſ. 49. num. 18.* & diſpenſare quòd quis obtineat duas Eccleſias Epiſcopales, Abb. *conſ. 101. Videtur primò, num. 6. lib. 2.* Cardin. Tuſc. *d. litt. P. concl. 69. num. 46.*

2. Et ſolùm poſſe duos Epiſcopatus vnire probant *cap. & temporis, cum ſeq. 16. quæſt. 1. cap. ſicut vnire, de exceſſ. Prælat.* & reſoluunt Duaren. *de benefic. lib. 5. cap. 6.* Rebuff. *in praxi benefic. titul. de vnionib. à num. 22.* Cened. *ad Decretal. collect. 87. num. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. c. 2. nu. 60 cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 299.*

3. Quando vnus Epiſcopatus alteri vnitur, Epiſcopus in aliqua parte alterutrius reſidens ſuæ obligationi circa reſidentiam ſatisfacit, dum tamen in aliqua ex ſuis Cathedralibus reſideat temporibus à Concil. præſcriptis decreto *cap. 1. verſ. eoſdem interim admonet, ſeſſ. 23.* Synodus indicenda, & celebranda eſt ſingulis annis in quolibet Epiſcopatu, ſed ad illam in altero ex dictis Epiſcopatibus vnitis celebrandam nequaquam tenetur accedere clerus alterius Epiſcopatus. Et clerus vnius Epiſcopatus non ſolum tenetur ſacrum oleum accipere ab Epiſcopo illud in alio Epiſcopatu conficiente, verùm etiam cogi poteſt eidem Epiſcopo in huiuſmodi miniſterio aſſiſtere ad ſacrorum canonum præſcriptum; & ſi clericus vnius Epiſcopatus monitus ad recipiendum oleum ſanctum in alio confectum, in ſpretum ſui proprij Epiſcopi accipiens illud ab alieno, poteſt vltra peccatum mortale puniri ab Epiſcopo. Epiſcopus in vno ex dictis Epiſcopatibus exiſtens poteſt per ſe ipſum cognoſcere cauſas alterius ciuitatis, vel diœceſis, adhibito Notario ſibi bene viſo tam in proceſſibus conficiendis, quàm in actis viſitationis conſcribendis; ſed tamen debet eam habere rationem, vt id non paſſim, ſed raro, & æqua ex cauſa fiat, & in arduis tantùm & grauioribus negotijs, ne conſtitutio vnionis eludatur. Semper Epiſcopus exiſtens in vno ex dictis Epiſcopatibus inſcribendus, & appellandus eſt Epiſcopus illius in primo loco, & deinde alterius à quo abeſt; quòd ſi extra diœceſim reſideat in negotijs ad vnum pertinentibus, eſt illius in primo loco Epiſcopus denominandus. Ita Aldan. *in compendio Canonicarum reſolut. lib. 2. tit. 2. nu. 3.* vbi refert ita fuiſſe deciſum *in cauſa Caſtellana, & Hortana* 8. *Iunij* 1624.

Cardinales comprehenduntur in hoc decreto, cùm 4.
ſimus in lege correctoria, & materia peccati, maximus enim abuſus eſt, vt qui vix fructuosè vnam Eccleſiam regere poteſt, alteram accipere audeat, præſertim cùm vnuſquiſque in Eccleſia ſua reſidere teneatur, *cap. 1. ſeſſ. 23 de reformat.* Ita Aldan. *d. lib. 2. tit. 3. num. 2.* vbi refert ita reſolutum.

*α. Cui vnam Eccleſiam bene,* &c.] Vide Nauarr. *de orat. cap. 22. num. 22.*

## *Quòd beneficia Eccleſiaſtica dignis, & reſidentibus conferantur.*

### CAPVT III.

1 *Inhabiles ad beneficia conſequenda qui.*
2 *Curati cogendi ſunt ad ſubeundum per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ea munera ad quæ tenentur.*
3 *Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatio facta indignis venit irritanda.*

a Part. 1. c. 13. c. quia non multi. de cler. non reſi. b Cap. licet Canon. de elect. in 6. decr. c. 14. c. graue nimis, de præbend. * Vide poſt fin. huius libri.

INferiora beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis, & habilibus, *α & quæ in loco reſidere*, ac *β per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant*, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, in Lateranenſi, *γ quæ incipit*, [a] *Quia nonnulli*, & aliam Gregorij X. in generali Lugdunenſi Concilio, *δ quæ incipit*, [b] *Licet canon*, editam, conferantur: *ε aliter autem, facta collatio, ſiue prouiſio, ζ omnino irritetur*, & ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, *η quæ incipit*, * *Graue nimis*, ſe nouerit incurſurum.

DE his, qui inhabiles de iure ſunt ad beneficia conſequenda, agit nouiſſimè Squillante *de priuileg. cleric. c. 4. per totum*, & latè ego ipſe *de iure Eccleſiaſtico, lib. 3. c.*
1. *13.* vbi de hæreticis, eorùmque fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus, excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis perſonaliter irregularibus, bigamis, aleatoribus publicis, ſimoniacis in beneficio aſſequendo poſt priuationem, clericis malè vſurpantibus bona quæcuque, vel iura

Eccleſiarum, concubinarijs incorrigibilibus, coniugatis, laicis, illiteratis, corpore vitiatis, periuris, filijs, & nepotibus offendentium Cardinalem, & alijs. Et quoad noſtrum Regnum Portugaliæ, dixi latè *in tract. de Canonicis & Dignitatibus, cap. 13. à num. 48.*

α *Et quia in loco reſidere*, &c. ] De reſidentia Epiſcoporum egi *in tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.3. alleg.53.* Et de reſidentia Parochorum tractaui *de officio, & poteſt. Parochi, cap.8.* & de illa Canonicorum, ac Dignitatum dixi *in tract. hac de re edito, c.20.*

2. β *Per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant.* ] Curati cogendi ſunt ad ſubeundum per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ea munera, ad quæ tenentur; tolerandum autem vt per ſubſtitutos ſuppleant in illis tantùm actibus, in quibus expreſſis verbis canonum, decretorumve Concilij permiſſum eis eſt, vt per vicarios, coadiutores, vel ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi. Ita Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib.1. tit.7. num.2.* vbi dicit ſic deciſum *die 3. Iulij* 1591.

γ *Quæ incipit, Quia nonnulli*, &c. ] Vide Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 10. pag. 85. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. quia nonnulli, de cler. non reſid.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declaratur.

δ *Quæ incipit, Licèt canon.* ] Vide Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit.3. pag. 23. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. licèt canon, de elect. lib. 6.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declaratur.

ε *Aliter autem facta collatio*, &c. ] Vide Fr. Emman. 4.
*quæſt. regul. tom.2. q.52. art.5.* vbi intelligit de indigno, non autem de collatione facta digno, prætermiſſo digniore; hanc enim non iubet Concilium irritari, refert Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.7. cap. 6. num.74.*

ζ *Omnino irritetur.* ] Vide Nauarr. *in c. ſi quando, except. 18. ſub num.4. de reſcript.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c.21. litt. H. in nouiſſ. edit.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg. 63. num. 3.* nouiſſimè Steph. VVeyms *d. conſtit. num.7.* ibi, *Quas pœnas* ( dicti *cap. quia nonnulli*) *licet ſynodus Trid. non repetierit, neque expreſſerit, dubium tamen non eſt quin complexa ſit, & implicitè comprobauerit, quando tam ſeriò monitum voluit quemcunque collatorem ordinarium ſe pœnas conſtitutionis generalis (id eſt d. cap. quia nonnulli) incurſurum, ſi perſonis indignis conferat beneficium Eccleſiaſticum ad ſuam collationem ſpectant. Quinimo dici poteſt hanc grauiorem pœnam Concilij generalis extendiſſe etiam ad eos, qui habilibus conferunt, dum vident eos vtrobique reſidere non poſſe: propterea quòd æqualiter & coniunctim de iſtis, ſicuti de his diſpoſuerit, ac poſtea indiſtinctè voluerit eos pœnas Concilij generalis incurrere ſi contrauenerint.*

η *Quæ incip. Graue nimis*, &c. ] Vide Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 13. pag.120. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. graue nimis, de præbend. & dignit.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declaratur.

---

## *Quòd deinceps nullus plura incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica recipiat.*

## CAPVT IV.

1 *Beneficiorum incompatibilitatem qui Doctores tractent.*
2 *Incompatibilitatis decretum hoc, procedit in illis, qui poſt Concil. Trid. recipiunt duos canonicatus.*
3 *Epiſcopus poteſt habenti canonicatum, aut beneficium ſimplex, quod ad vitam eius ſufficit, parochialem Eccleſiam conferre.*
4 *Vacatio primi ipſo iure per adoptionem ſecundi pacificè poſſeſſi inducitur in reſidentiam requirentibus, aut aliàs quomodocunque incompatibilibus beneficijs.*
5 *Præbenda dimidia vacat per aſſecutionem canonicatus.*
6 *Portio vacat ipſo iure per aſſecutionem ſcholaſtriæ.*
7 *Canonicus obtinens dignitatem perdit canonicatũ.*
8 *Dignitas retineri non poteſt vigore alicuius conſuetudinis cum portione.*
9 *Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poteſt cum canonicatu.*
10 *Capellanus in Eccleſia cathedrali tenetur ad reſidentiam ſtante fundatione capellę cum onere quarundam Miſſarum, & inſeruiendi in choro.*
11 *Capellania cum manſionaria an retineri poſſit.*
12 *Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure.*
13 *Capellania, & monaſterium, quorum fructus ſunt tenues, incompatibilia beneficia ſunt.*
14 *Parochialem vnam habens, & titulum alterius, tenetur alteram dimittere.*
15 *Non habet locum in duabus parochialibus, quarum altera vnita eſt beneficio ſimplici.*
16 *Beneficia plura vnita an poſſint retineri.*
17 *Procedit in ijs tantum dignitatibus, & canonicatibus, quibus à principio coniuncta fuit cura animarum.*
18 *Beneficia incompatibilia per viam commendæ perpetuæ retineri non poſſunt.*
19 *Commendæ ad ſex menſes in Eccleſijs curatis fieri ſolitæ, amplius poſt Concil. locum non habent.*
20 *Circa incompatibilitatem in beneficijs quatuor tempora ante Concil. conſiderantur.*

QVicunque de cætero plura curata, [a] aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, α *ſiue per viam vnionis* ad vitam, β *ſeu commendæ perpetuæ*, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam ſacrorum canonum, & præſertim conſtitutionis Innocentij tertij, quæ incipit: [b] De multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis, γ *iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem*, δ *ipſo iure, etiam* præſentis canonis vigore, priuatus exiſtat.

a Infrà ſeſſ. 2. de reform. cap. 17.
b Supra c. 2. cap. de multa, de præb. & cap.26. in concil. Lateran. 2.

1. VIde Nauar. *conſil.34. in antiq.* aliàs *conſil. 17. in nouis, de præbend.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 38.* Salzed. ad Bernard. *in practica cap. 49.* Sbroz. *de vicario Epiſcopi lib.1. quæſt.45.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib. 3. quæſt.1. num. 121. cum ſeqq.* Cardin. Tuſch. *litt. B. concl. 64. & 66.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib. 6. cap. 13. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. par.3. collect.474. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p.4. deciſ.226.* Nicol. Garc. *de benef. p.11. c.5. §.2. num. 182. cum ſeqq.* Proſper. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij, verb. beneficiorum reſignatio, cauſa 9.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 6. cap. 9.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.12. num.28.* Armendar. *in addit. ad recup. legum Nauarræ lib.4. tit. 7. de pluralitate beneſic.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.62. num.31.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.* 31. Rot. *deciſ.* 484 *p.* 3 *diuerſ. & deciſ.* 608. & 609. *in* 1. *collect. nouiſſ.* Farin. aliàs *p.* 4. *diuerſ.* Nouiſſime Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſt.* 12. *pag.* 103. *cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. de multa, de præbend.* per decretum Concilij in præſenti.

2. Incompatibilitatis decretum hoc procedere etiam in illis, qui poſt Concil. Trident. recipiunt duos Canonicatus, & retinent ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, deciſum referunt Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 84. *in* 2. *declar.* & Armendar. *d. tit.* 7. *de pluralitate benefic. num.* 13. Nam quod de incompatibilibus beneficijs dicitur in hoc decreto, intelligendum eſt de omnibus beneficijs reſidentiam requirentibus, quæ aliquis poſt publicationem Concilij receperit, veluti duos canonicatus, vel Canonicatum Parochiali, ita atteſtamur reſolutum Nicol. Garc. *d. num.* 84. *in* 1. *declar,* Armendar. *d. tit.* 7. *de pluritate beneſ. num* 12. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *deciſ.* 226. *num.* 7.

3. Episcopus poteſt habenti Canonicatum, aut beneficium ſimplex, quod ad vitam eius ſufficit, parochialem Eccleſiam conferre, ſed adepta pacifica poſſeſſione Parochialis, vacat Canonicatus, ſeu beneficium ſimplex, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d. num.* 84. *in* 3. *declar.* Armendar. *d. loco num.* 14. & 15. Sicut, & adepta pacifica poſſeſſione Canonicatus, vacat Parochialis, & illius Rector deſinit talis eſſe ipſo iure, vt poſt Gonzal. *ad regul.* 8. *Concell. gloſſ.* 15. *num.* 15. & 16. tenuit Rota *in Mutinen. Canonicatus* 13. *Iunij* 1614. *coram bonæ mem. Vbaldo ſen.*

4. In reſidentiam requirentibus, aut aliàs quomodocumque incompatibilibus beneficijs, (etiamſi Canonicatus ſint, vel portiones) inducitur vacatio primi ipſo iure per adeptionem ſecundi pacifice poſſeſſi: iuxta *de multa, de præbend.* Ita per text. in præſenti reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 393. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 332. *num.* 12. *in* 2. *edit.* Nicol. Garc. *d. num.* 84. *in* 6. *declarat.* Armendar. *d. loco num.* 17. Ego ipſe *d. part.* 3. *alleg.* 62. *num.* 28.

5. Per aſſecutionem Canonicatus vacare dimidiam prębendam, deciſum notant Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 114. Armendar. *d. l.* 7. *de pluralitate benefic. num.* 19.

6. Per aſſecutionem Scholaſtrię vacaſſe ipſo iure portionem, quam de Scholaſtria prouiſus in eadem Eccleſia obtinebat, reſpondit S. Congregat. quam non ſemel ſequuta eſt Rota, & ſignanter *in Zamoren. Canonicatus de Toro* 13. *Martij* 1598. *coram Orano, & in Giennen. Portionis* 5. *Iunij* 1613. *coram Vbaldo ſen.*

7. Canonicum obtinentem dignitatem perdere canonicatum, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 5. *num.* 244. Armendar. *d. loco num.* 24. Priuilegio tamen, vel conſuetudine poteſt aliquis in vna Eccleſia fungi duplici officio, vt ſit theſaurarius, & Canonicus, & propterea duplices lucrari diſtributiones, quia obtinet eas diuerſo iure, cùm inter dignitates ſuppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos ſuppleat numerum Canonicorum, nec eget ſubſtituto, ita reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 245. vbi *num. ſeq.* quòd huic conſuetudini non cenſetur derogatum decreto Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* Armendar. *d. loco num.* 25. Ego ipſe *d. p.* 3. *allegat.* 62. *num.* 18. Et tunc quotidianæ diſtributiones debentur tam ratione Archidiaconatus, quàm canonicatus, vt ☞ tenuit Rota *in Oriolen. Canonicatus* 10. *Iunij* 1616. *coram bonæ mem. Remboldo.*

8. Dignitas verò retineri non poteſt vigore alicuius conſuetudinis, cum portione pro qua teneretur ſubire ſeruitia inferiora. Rota *in Giennen. Portionis* 5. *Iunij* 1613. *coram bonæ memor. Vbaldo ſen.* Eodem modo vigore conſuetudinis huiuſmodi non poteſt obtinens canonicatum, cui poſt Concil. iniunctum eſt onus pœnitentiariæ, obtinere dignitatem in eadem Eccleſia, quia conſuetudo ſtrictè eſt interpretanda, tum quia nemo poteſt eſſe triplex in eadem Eccleſia, ex Nic. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 249.

9. Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poteſt cum canonicatu, non autem ſi haberet ſimpliciter onus celebrandi Miſſam, niſi eſſent ſub eodem tecto, & tunc poterit cum diſpenſatione Apoſt. ita referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 243. *in* 3. *declar.* Armendar. *d. l.* 7. *de incompatib. benefic. num.* 23.

10. Capellanus in Eccleſia Cathedrali tenetur ad reſidentiam ſtante fundatione ſuæ Capellæ cum onere quarundam Miſſarum, & inſeruiendi in choro, ita Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 4. vbi refert deciſum *in Ferrarien.* 4. *Decembris* 1627.

Capellania habens onus celebrandi certas Miſſas, & coadiuuandi in cura animarum Eccleſiæ plebanatus, eſt beneficium incompatibile cum alio beneficio curato, aliàs perſonalem reſidentiam requirente, ex Aldan. *vbi ſuprà,* atteſtante ſic fuiſſe reſolutum *in vna Auerſana.*

11. Capellania cum manſionaria, habita ratione ad redditus annuorum fructuum vtriuſque beneficij, qui perquam tenues ſunt, ex Concil. decretis incompatibilis non eſt, ſi tamen vtrumque ſit ſub eodem tecto, vt ſimul retineri poſſint, opus eſt Sedis Apoſtol. diſpenſatione, ita referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 243. Armendar. *d. loco num.* 21.

12. Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione. Ita reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 98. Armendar. *d. loco num.* 18.

13. Capellania, & monaſterium, quorum fructus ſunt tenues, incompatibilia beneficia ſunt, nec poſſunt retineri ſub eodem tecto ſine diſpenſatione Apoſtol. Ita dicunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 243. *in* 2. *declar.* Armendar. *d. loco num.* 22.

14. Habens vnam Parochialem, & titulum alterius, cuius fructus ſunt alteri reſeruati, nihilominus alteram dimittere tenetur, ita atteſtantur reſolutum Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 134. Armendar. *d. loco num.* 20.

15. Hoc decretum non habet locum in duabus Parochialibus, quarum altera vnita eſt beneficio ſimplici, vel dignitati, ſi Parochialis vnita eſt perpetuò, & acceſſoriè, vnde poteſt retineri, ſi modò vtrumque legitimè obtinuit. Ita Armendar. *d. l.* 7. *de incompatibilib. benefic. num.* 53.

16. *α Siue per viam vnionis,* ] Vide Flamin. Pariſ. *de reſign. beneſ. lib.* 12. *quæſt.* 3. *num.* 49. Quintanad. *eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 12. & *cap.* 7. *num.* 7 & *lib.* 4. *temp.* 8. *nu.* 46. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 147. Nicol. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 219.

17. Decretum hoc obſeruandum eſt in ijs tantùm Dignitatibus, & Canonicatibus, quibus à principio coniuncta fuit cura animarum, non autem ſi ab initio illis cura annexa non eſſet, ſed poſtea, vt aiunt, ex poſtfacto. Ita deciſum aſſerit Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 6.

18. *β Seu Commendæ perpetuæ.* ] Vide Hoied. *de incompat beneſic. p.* 1. *cap.* 14. *à num.* 16. Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 110. Sayrus *in floribus deciſ. ſub tit. de præbend deciſ.* 32. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſa* 5. §. 8. *à principio, & num.* 20. Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij, verb. beneficiorum reſignationes cauſa* 9. *verſic. ſecundò limita,* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *quæſt.* 11. *verſ. verùm dubia, & cap.* 13. *quæſt.* 3. Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 474. *in med.*

19. Commendæ, quæ ad ſex menſes in Eccleſijs curatis fieri poterant ab Ordinarijs, iuxta *cap. nemo, de elect. in* 6. ampliùs poſt Concil. locum non habent, ſed deputandi Vicarij ſunt ad formam *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* Ita refert deciſum Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 7.

*γ Iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem,* ] Vide Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 11. *cap.* 5. *à num.* 91.

20. *δ Ipſo iure etiam, &c.* ] Quatuor tempora in hoc propoſito ante Concil. Trident. diſtinguunt Hoied. *d. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *num.* 9. *cum ſeqq.* Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 13. *quæſt.* 1. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *à princip.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 393. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 332. *in* 2. *edit.* Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 12. *num.* 3. *cum ſeqq.*

Bene-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Beneficia plura obtinentes, ſuas diſpenſationes exhibere tenentur: per competentes Vicarios rectè cura animarum agatur: beneficia ſuis obſequijs minimè fraudentur.*

## CAPVT V.

1 *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2 *Beneficia incompatibilia obtinentes ſunt cogendi exhibere ſuas diſpenſationes.*
3 *Poſſeſſor pacificus beneficij tenetur oſtendere titulum, cum ſuperior ex officio inquirit.*
4 *Ordinarius non obſtante regula de triennali, poteſt poſſeſſorem compellere ad oſtendendam diſpenſationem.*
5 *Beneficium vacat ipſo iure per non oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario poſtquam beneficiarius monitus fuerit.*
6 *Vicario aſſignanda eſt competens portio ex fructibus beneficij.*
7 *Congrua portio quæ.*
8 *Beneficiati nō ſunt cogendi ad ſuſtinēda onera, quæ in fundatione, vel inſtitutione non reperiuntur.*

ORdinarij locorum quoſcunque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica obtinentes *α diſpenſationes ſuas exhibere* diſtrictè compellant, & aliàs procedant iuxta conſtitutionem Gregorij X. in generali Ludgunenſi Concilio editam, quæ incipit, [a] Ordinarij: quam eadem ſancta Synodus innouandam cenſet, & innouat. Addens inſuper, quod ipſi Ordinarij etiam *β per idoneorum Vicariorum deputationem, γ & congruæ portionis fructuum aſſignationem* omnino prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa *δ debitis obſequijs minimè defraudentur:* appellationibus, priuilegijs, exemptionibus quibuſcunque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus.

a Lib. 6. decret. de offic. ord. c. 3. infra c. 7. & ſupra ſeſſ. 6. de reformat. c. 2. in fin.

1. VIde Couarr. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 10. num. 9. col. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 1372. à num.* 18. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 11. q. 14. num. 35. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Bulla, §. 5.* Alovſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 607. & p. 4. collect. 889. & in praxi fori eccleſ. deciſ. 397. & 701. in 1. edit.* alias *reſolut. 335. & 593. in 2. edit.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. c. 21. n. 10.* nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 6. pag. 49.* vbi innouatur *cap. Ordinarij, de offic. ordin.* per hoc decretum.

2. *α Diſpenſationes ſuas exhibere*, &c.] Beneficia incompatibilia obtinentes ſunt cogendi exhibere ſuas diſpenſationes, etiamſi per quinquennium poſſederint. Ita *in vna Aquilana* refert deciſum Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 2. tit. 4. num. 3.*

3. Non poſſeſſor etiam pacificus beneficij tenetur probare, & oſtendere titulum cùm ſuperior ex officio inquirit, vide Felin. *in cap. licet Heli, num. 17. de ſimon. & in repert. verb. Epiſcopus, aut alius Prælatus,* Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de pacificis poſſeſſ. in §. ordinarij, in gloſſ. verb. inquirant,* Bernard. *reg. 236. & 765.* Selu. *de benef. p. 3. q. 25. verſ. & concludendo.* Cened. *ad Sextum, collect. 18. num. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. num. 46. cum ſeqq.* Maſcard. & cæteros poſt eum citatos *num.* 1. latè Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 46. num. 37.* vbi *num. 36.* ſubdit per impetrantem, vel alium, qui prætendat ius in beneficio, non poſſe compelli plura beneficia poſſidentem exhibere titulum ſuum, & *num. 42. & 43.* addit non poſſe etiam Ordinarium quocumque prætextu cogere, cùm ipſe facit ſe partem iniuſtè procedendo, aut iuſtè, iudicialiter tamen, coram ſuperiore.

4. Vnde poſſe Ordinariū, non obſtantę regula de triennali, poſſeſſorem compellere ad oſtendendam diſpenſationem, reſoluit Flores de Mena *var. lib. 2. q. 23. nu. 61. cum ſeqq.* Stephan. VVeyms *d. loco num. 10.* licet enim per *reg. de triennali poſſeſſore* excludatur tertius inquietans in beneficio, non tamen excluditur Ordinarius, vt tenet Perez *l. 3. tit. 16. lib. 8. ordinam. pag. 327.* quem refert Cened. *d. collect. 18. num. 3.*

5. Vacare ipſo iure beneficium per non oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario poſtquam beneficiarius monitus fuerit, tenet Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 62.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, reg. 1. dub. 2. num. 23.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 57. num. 222.*

*β Per idoneorum Vicariorum deputationem*, &c.] Vide *infrà hac eadem ſeſſ. cap. 7.*

6. *γ Et congruæ portionis fructuum aſſignationem*, &c.] Vicario aſſignandam eſſe competentem portionem ex fructibus beneficij per hunc text. tenet Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 19. quæſt. 2.* Sed antequam eam decernat Epiſcopus, multa perſcrutari oportet, nempe qualitates, & circumſtantias loci, beneficij, perſonarum, morum regionis, & alia quamplurima recenſita à Rebuff. *in tract. de congrua portione, q. 8. per tot.* & præcipuè *num. 61.* Valenz. *conſil. 54. à num. 42.* Surdus *de alimentis, tit. 4. q. 23. num. 44.* Stephan. Gratian. *diſceptationum forenſium, cap. 366. à num. 17. & cap. 399.*

7. Sed ita Prælatorum arbitrio facienda, ſe continere debet vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum annuorum ſumma computatis omnibus etiā incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi ſolitis, vt ſtatuit Pius V. *in ſua conſtit.* incip. *Ad exequendum, ſub dat. Kalend. Nouembris 1567.* quam refert Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Vicarius perpetuus.* & illam non eſſe reuocatam per aliam Gregorij XIII. aſſerunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 3. num.* 79. & Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 7. num. 121.* Vnde quotidianas diſtributiones, aliaque incerta numerari in huiuſmodi portione reſoluit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. num.* 185. & conſuluit Guttier. *conſil.* 8. Vide alia *infrà cap. 7.*

8. *δ Debitis obſequijs minime defraudentur.*] Beneficiati nō ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quę in fundatione, vel inſtitutione, aut ſtatutis non reperiuntur, vel ad quæ ex antiquiſſima conſuetudine non tenentur, ita Aldan. *d. tit. 4. num. 4.* vbi refert reſolutum *in vna Cremonen.*

Bene-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Beneficiorum vniones perpetuæ quæ debeant irritæ declarari poſt examen factum ab Ordinario.*

### CAPVT VI.

1 *Doctores de vnione beneficiorum agentes.*
2 *Vnionum, & ſuppreſſionum reuocatio.*
3 *Ordinarij habent facultatem examinandi vniones factas à 40. annis citrà à publicatione Concilij numerandos, quæ non ſunt effectuatæ.*
4 *Non grauat partes ad iuſtificandas vniones à 40. annis citrà factas, quæ non ſunt effectuatæ, ſed tantùm vult quòd Ordinarius poſſit illas reuidere.*
5 *Vniones perpetuæ per ſubrepationem obtentæ à 40. annis factæ à die publicationis Concilij ab Ordinarijs poſſunt examinari.*
6 *Viſitatores deputati à Commendatarijs Ordinis S. Benedicti Valliſſoleti non poſſunt cognoſcere de viribus vnionum factarum Eccleſiæ de Monteſerrato.*
7 *Ordinarij poſſunt reuidere vniones in caſibus, quibus licet de iure communi etiam vltra 40. annos.*
8 *De clauſula quòd non poſſit dari de ſubreptione.*
9 *Non habet locum in vnione quæ tempore publicationis Concilij erat in parte effectum ſortita.*
10 *Vnio quando dicatur effectum ſortita.*
11 *Cauſa iuſta, ſeu legitima in vnione requiſita eſt neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ.*
12 *Vnio facta per Ordinarium ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, nulla eſt ipſo iure.*
13 *Cauſæ vnionis veræ non præſumuntur.*
14 *Epiſcopus confirmatus, quamuis non conſecratus, poteſt beneficia & Eccleſias ſuæ diœceſis vnire.*
15 *Vicarius generalis Epiſcopi vniones facere poteſt ſi id illi ſpecialiter committatur.*
16 *Capitulum Sede vacante poteſt vnire ſicut Epiſcopus.*
17 *Legatus à latere poteſt vnire beneficia prouinciæ ſuæ legationis, abſque tamen præiudicio Epiſcopi.*
18 *Abbates, & alij Prælati Epiſcopo inferiores poſſunt vnire.*
19 *In vnione facienda citari debent omnes, quorum intereſt.*
20 *Intereſſe habentes qui ſint, ad hoc vt citentur in vinone facienda.*
21 *Eccleſiam ſubiectam Abbati, aut alij inferiori Prelato non poteſt Epiſcopus vnire abſque illius conſenſu.*
22 *Eccleſia ſi ſit iuriſpatronatus in vnione de illa facienda requiritur patroni conſenſus.*
23 *Rectoris, ſeu poſſeſſoris beneficij conſenſus non exigitur in vnione de eo facienda ab Epiſcopo, ſi illa debet effectum ſortiri poſt Rectoris obitum.*
24 *Diſmembratio, ſeu alienatio partis ipſius beneficij non poteſt fieri niſi ipſo vocato Rectore.*
25 *Plebs non eſt vocanda in vnione facienda, niſi allegaret cauſam rationabilem ne fieret vnio.*
26 *Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiritur in vnione per Epiſcopum facienda.*
27 *Conſenſus Capituli ſatis eſt ſi poſt vnionem accedat.*
18 *In vnione facienda ab Epiſcopo ipſi Capitulo non ſufficit illius conſenſus.*
29 *Vnio quibus modis probetur.*

α Vide ſeſſ. 14. c. 9. de reformat. infr. ſeſſ. 24. de reform. c. 13. & ſeſſ. 25. de reform c. 9.

VNiones perpetuæ [2], α *à quadraginta annis citra factæ*, examinari ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, poſſint: β *& quæ per ſubreptionem*, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ verò, quæ à dicto tempore citra conceſſæ nondum in toto, γ *vel in parte ſortitæ ſunt effectum*, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, δ *niſi eas ex legitimis*, aut aliàs rationabilibus cauſis, ε *coram loci Ordinario* ζ *vocatis, quorum intereſt*, verificandis factas fuiſſe conſtiterit, per ſurreptionem obtentæ præſumantur: ac propterea, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 26. num. 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. vnio, §. 6. & verb. viſitatio, verſ decimum dubium.* Azor. *inſtitutionum moralium part. 2. lib. 6 cap. 28. quæſito* 12. Zypæus *in analytica poſtremi iuris eccleſiaſtici enarratione, lib. 5. ſub tit. de exceſſibus Prælat. num. 1.* Flores de Mena *variarum quæſt. lib. 3. quæſt. 23. num. 50.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 179.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. eccleſiaſt. quæſt. 440.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum. prælud. 13. dub. 4. num. 3. 6. & 14.* ſecundùm Romanam impreſſionem. Monet. *de commutat. vltim. voluntatum, cap. 11. num. 389. & 470.* Hieron. Roder. *in compend. quæſtionum Regularium, reſolut. 15. num. 32.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. diſp. 15. quæſt. 3.*

2. In regula 13. Cancell. reuocãtur omnes vniones, ſuppreſſiones, & diſmembrationes, ſiue Apoſtolica, ſiue quacumque alia auctoritate factæ, quæ ſuum non ſint ſortitæ effectum, præterquam ſi ſint factæ in executionem decretorum S. Concil. Trident. Sed hæc reuocatio non ſe extendit ad vniones factas ex cauſa neceſſaria, puta dotationis, vel pro augmento dotis neceſſariò pro ſuſtentatione cultus diuini, vt tenet Mohedan. *deciſ. 7. num. 1. de priuilegijs.* Creſcent. *deciſ. 1. num. 1. de paroch.* Put. *deciſ. 331 & 337. in antiq.* alias *deciſ. 329. in correct. lib. 1.* Rot. *deciſ. 1143. lib. 3. p. 2. diuerſ.* Seraphin *deciſ. 982. num. 1.* Caualer. *deciſ. 449. à num. 4.* Burrat. *deciſ. 734. num. 9.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 29. num. 15.* Theodoſ. de Rubeis *in ſingularib. Rotæ p. 2. verb. vnio §. 1. pag. 112.*

α *A quadraginta annis citrà factæ.*] Iſtos annos à publicatione Concilij numerandos eſſe, tenent Azor. *d. cap. 28. quæſt. vlt.* Sanchez *d. cap. 29. num. 178.* Zerol. *d. verb. vnio, §. 6.* vbi deciſum aſſerit poſſeſſorem duarum parochiarum, quæ per conſuetudinem à quadraginta annis citra tanquam vnitæ ſemper ſine collatione collatæ fuerunt, moleſtandum non eſſe. 3.

Hoc decretum quatenus dat Ordinarijs facultatem examinandi vniones factas à 40. annis citrà, quæ non 4.
ſunt effectuatæ, non grauat partes ad illas iuſtificandas, ſed tantùm vult quòd Ordinarius poſſit illas reuidere, vt ſuadet illa dictio aduerſatiua, *verò*, poſita in ſecunda parte, vbi vult illas quæ non ſunt ſortitæ effectum, verificandas

ficandas eſſe, aliàs præſumi ſubreptitias, Rot. *in Burgen. vnionis de Clines 27. Martij 1591. coram Orano*, vbi etiam fuit reſolutum, hoc decretum loqui vbicunque Ordinarius ex officio vult reuidere vniones factas à 40. annis citrà, quod poteſt facere; ſecus quando in contradictorio iudicio agitur de validitate vnionis ad inſtantiam partis, quia hoc caſu Concil. nihil diſponit, & danti de ſubreptione vnionis incumbit onus probandi ſubreptionem.

5. Vniones perpetuæ per ſubreptionem obtentæ à 40. annis factæ à die publicationis Concilij Trid. computandis, ab Ordinarijs poſſunt examinari, & irritæ declarari. Ita refert deciſum Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 2. tit. 5. num. 3.*

6. Viſitatores deputati à Commendatarijs Ordinis Valliſoleti S. Benedicti, non poſſunt cognoſcere de viribus vnionum factarum Eccleſiæ S. Mariæ de Monteſerrato eiuſdem Ordinis, ſic *in vna Vicen.* reſolutum fuiſſe aſſerit Aldan. *vbi ſuprà.*

7. Per hoc decretum non excluduntur Ordinarij quominus vniones reuidere poſſint in caſibus, quibus licet de iure communi etiam vltra 40. annos, refert deciſum Aldan. *d. tit. 5. num. 4.*

8. *β Et quæ per ſubreptionem*, &c. ] Vbi in vnione adeſt clauſula quod nõ poſſit dari de ſubreptione ſublata aliter iudicandi, &c, ad inſtantiam partis, non poteſt dari de ſubreptione vnionis, non habita oris apertione, non obſtante Concilio, quod loquitur quando Ordinarius ex officio, non autem quando ad inſtãtiam partis procedit. Ita Rot. *in d. Burgen. vnionis de Clines 27. Martij 1591. coram Orano.*

9. *γ Vel in parte ſortita ſunt effectum.* ] Non habet locum in vnione, quæ tempore publicationis Concilij erat in parte effectum ſortita, vt cenſuit Rot. *in Burgen. vnionis 26. Nouembris 1588. coram Orano.*

10. Vnio autem dicitur effectum ſortita, quando ipſius vigore fuit capta poſſeſſio, vt reſoluunt Mandoſ. *ad reg. 12. Cancell. quæſt. 5.* Hoied. *de incompatib. benefic. par. 2. cap. 3. num. 21.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 12. cap. 2. num. 281.* Maſſobr. *d. prælud. 13. dub. 4. num. 5.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut. 376. num. 2.* vbi *num. 6.* tenet vt vnio dicatur ſortiri effectum, non requiri fructuum perceptionem ex ipſa poſſeſſione capta, & citat Rot. *in vna Peruſina beneficij 1. Aprilis 1596. coram Card. Blanchetto.*

11. *δ Niſi eas ex legitimis*, &c. ] Ergo cauſa iuſta, ſeu legitima requiritur in vnione per Ordinarium facienda, quæ in hac parte eſt neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ, vt expreſſè habetur *in cap. expoſuiſti, de præbend. & in cap. 1. de rebus eccleſ. non alien. lib. 6.* & docent Rebuff. *tit. de vnion. num. 38.* Azor. *d. p. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 4. & 13.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 12. c. 2. n. 108.* Sanchez *d. tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 161.* Neceſſitas eſt quando præbenda, cui vnio facienda eſt, caret ſufficientibus redditibus ad alendum miniſtrum, *d. cap. expoſuiſti*, ibi, *de redditibus præbendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari, & infrà ſeſſ. 21. de reform. cap. 1.* ibi, *propter eorum paupertatem.* Seraphin. *deciſ. 1078. n. 4.* Vel ſi Eccleſia ſit deſtructa ab hoſtibus, vel deſolata, *cap. 2. de relig. domib.* vel propter populi detrimentum, *cap. ad audientiam, el. 2. eod. tit.* Vel quando Eccleſiæ ſunt vicinæ, & reſtant pauci de populo, alijs mortuis, vt probatur *in cap. & temporis 16. quæſt. 2.* Vtilitas autem eſt, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur clerici idonei ad deſeruiendum, vt probatur *in d. cap. expoſuiſti, & in cap. 1. ne Sede vacante*, ibi, *ne plus fauiſſe perſonæ, quam Eccleſiæ videremur.*

12. Si verò ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, etiam ſeruata iuris forma, vnio facta ſit per Ordinarium, nulla eſt ipſo iure, vt per Burſat. *conſil. 185. num. 23. lib. 2.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 113.* vbi *num. 117.* reſoluit ſubreptionem vitiare ipſo iure vnionem Apoſtol. quicquid dicant prædictam vnionem non eſſe ipſo iure irritam, ſed irritandam ope exceptionis, Marian. Socin. Rebuff. Azor. & alij plures, quos refert & ſequitur Sanchez *cap. 29. n. 175.*

13. Cauſæ vnionis veræ non præſumuntur, etiamſi Ordinarius, vel delegatus eas inſerat in vnione, & aſſerat eſſe veras, ſed iuuans ſe vnione tenetur illas probare, vt reſoluit Garc. *d. c. 2. n. 120.* vbi *num. 121.* tenet quòd ſi Ordinarius, vel Legatus in ipſa vnione enuntiet adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates requiſitas, & reperiſſe cauſas eſſe veras, videtur ſtandum eius aſſertioni, & præſumendum eſſe pro vnione, donec contrarium probetur, etiamſi proceſſerit parte non vocata, quia fortè tunc nullus aderat, qui deberet vocari, refert Ioan. à Cochier *ad reg. 13. Cancell. num. 27.*

14. *ε Coram loci Ordinario.* ] Epiſcopum loci Ordinarium confirmatum, quamuis nondum conſecratum, poſſe beneficia & Eccleſias ſuæ diœceſis vnire, tenent Marian. Soc. *in cap. ſicut vnire, art. 3. num. 53. & 54. q. 10. de exceſſ. præl.* Sanchez *d. cap. 29. num. 147. in fin.*

15. De vicario generali Epiſcopi, ſi ab eo id illi ſpecialiter committatur, idem tradunt Marian. Socin. *in d. cap. ſicut vnire, art. 3. num. 43. cum ſeqq.* Rebuff. *in praxi tit. de vnion. benef. nu. 37. & tit. de forma vicariatus, nu. 102.* Anton. Cuch. *lib. 2. inſtit. Canon. tit. 8. num. 106.* Hoied. *de incomp. benef. p. 2. cap. 3. num. 7. verſ. non eſt etiam omittendum*, Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. q. 115. & q. 116. num. 1.* Azor. *d. cap. 28. q. 10.* Put. *deciſ. 53. lib. 3.* Petr. de Peruſio *de vnion. cap. 4. nu. 32.* ex pluribus Rotæ deciſionibus Theod. de Rubeis *in ſingularib. Rotæ p. 2. verb. Vicarius §. 2. pag. 112.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 69.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 492. in 1. edit.* aliàs *reſol. 383. ante num. 1. in 2. edit. & Neapol. deciſ. 198. num. 5. p. 4.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 278. num. 35.* Sanch. *d. c. 29. num. 123.* Narbona *de appellat. à vicario ad Epiſcopum, p. 1. num. 223.* Lotter. *d. q. 28. num. 118.*

16. De Capitulo Sede vacante idem quod de Epiſcopo dicendum videtur, dummodò per eam vnionem iuriſdictioni Epiſcopali nihil detrahatur, vt per Doct. *in Clement. 1. de ſtatu monach.* Marian. Socin. *in d. c. ſicut vnire, art. 3. num. 40. quæſt. 6.* Caccialup. *de vnione eccleſ. art. 3. num. 19.* Peruſ. *eod. tract. c. 5. num. 26.* Rebuff. *d. tit. de vnionib. num. 36.* Hoied. *d. c. 3. num. 7. verſ. ſimiliter.* Azor. *d. lib. 6. c. 28. quæſt. 5.* Sanch. *d. c. 29. num. 155.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. vnio, §. 11. & part. 2. verb. Capitulum, §. 4. & verb. vnio, §. 7.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c. 85. num. 25.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, quæſt. 9. verſ. quæ concluſ.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 67. & 68.* Raguc. *de voce Canonicor. in Capitulo, quæſt. 16.* Lotter. *d. q. 28. num. 140.*

17. De Legato à latere idem quoque dicendum circa vnionem beneficiorum prouinciæ ſuæ legationis, abſque tamen præiudicio Epiſcopi, vt per Abb. *in d. cap. ſicut vnire, num. 5.* vbi Card. *num. 1.* Imol. *in fine*, Dec. *à num. 19.* Rebuff. *d. tit. de vnionib. à num. 24.* Gambarupt. *de officio, & poteſtate Legati, lib. 5.* vbi *de poteſt. Legati in vnion. benef. à num. 40.* Hoied. *d. c. 3. num. 7. verſ. alterius Legatus*, Azor. *d. c. 28. quæſt. 8. & eadem part. 2. lib. 5. cap. 29. quæſt. 14.* Sanch. *d. c. 29. num. 158.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 65.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 383. num. 2. & d. Neapol. deciſ. 198. num. 2. p. 4.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 5. §. 1. num. 1.* Lotter. *d. q. 28. num. 116. & 117.*

18. De Abbatibus, atque alijs Prælatis Epiſcopo inferioribus ita plenè ſubiectas ſibi Eccleſias habentibus, vt iuriſdictione quaſi Epiſcopali in eis fungantur, ſeu exiſtente priuilegio, aut conſuetudine legitimè præſcripta, idem quoque eſt reſoluendum, vt per Marian. Socin. *in d. c. ſicut vnire, art. 3. num. 41. & 42.* Sbroz. *de officio vicarij, lib. 2. quæſt. 115. num. 12.* Azor. *d. c. 28. quæſt. 10.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 71. cum ſeqq.* Sanch. *diſp. 29. num. 160.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 383. num. 3. & d. Neapolit. deciſ. 198. num. 4. part. 4.* Lotter. *d. q. 28. num. 113.*

19. *ζ Vocatis, quorum intereſt.* ] In vnione facienda citari debere eos omnes, quorum intereſt, probant *Clem. vnic. §. ad hæc, de ſtatu Monach.* Rot. *deciſ. 133. num. 4. part. 2. diuerſ.* Rebuff. *d. tit. de vnionib. num. 43.* Hoied. *d. c. 3. num. 9.* Henriq. *conſ. 99. num. 6.* Azor. *d. c. 28. quæſt. 14.* Nicol. Garc. *d. c. 2. num. 103.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori eccleſ. deciſ. 486. & 491. in 1. edit.* alias *reſol. 377. num. 3. & reſol. 382. nu. 1. in 2. edit.* Seraphin. *deciſ. 1078.* Sanch. *d. c. 29. nu. 163.* Lotter. *d. q. 28. n. 166. cum ſeqq.* Tambur. *d. tom. 3. diſp. 15. q. 3.*

20. Illos autem, quorum intereſt, eſſe, quibus competit ius conferendi, vel præſentandi beneficia vniri petita, reſoluunt Roch. *de iurepatr. verb. honorificum, quæſt. 3. circa med.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*med.* Ioan. Cochier *in d. reg.13. Cancel. num.28.* Anton. Fabr. *lib.1. definit. forenſ. tit.2. definit.48. & 49.*

21. Vnde ſi Eccleſia ſit ſubiecta Abbati, aut alij inferiori Prælato, non poteſt Epiſcopus eam vnire abſque illius conſenſu, vt per Marian. Socin. *in d. cap. ſicut vnire, art. 5. quæſt.5. num.62.* vbi *art.6. num.95. concl 4.* rectè ait exigi quoque conſenſum Capituli Eccleſiæ cathedralis, refert Sanchez *d.c.29. num.167.*

22. Inſuper ſi Eccleſia ſit iuriſpatronatus, exigitur conſenſus patroni, vt Epiſcopus eam vnire poſſit, quippe quòd præiudicium fit iuri præſentandi competenti patrono per vnionem illam, & ideo vt ea rata ſit, exigitur vt patronus conſentiat, ita per *cap. ſuggeſtum, de iurepatron.* reſoluunt Marian. Socin. *in d. cap. ſicut vnire, art.6. concluſ.6. num.98.* Boer. *deciſ.345. num.4. in fine.* Lambert. *de iurepatron. lib.3. q.6. art.2.* Bertrand. *conſil.73. vol.4.* Couarr. *pract. cap.36. num.11.* Nauarr. *conſil.3. num.2. de iure patron. in antiq.* Hoied. *d. cap.3. num.9.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori pœnit. deciſ.486. in 1. edit.* aliàs *reſolut.377. num.1. in 2. edit.* vbi *num.5.* reſoluit conſenſum patroni non præſumi, nec de eo ſtari aſſertioni Epiſcopi, Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.2. q.4. num.11.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rubr.11. c.13. nu.477.* Azor. *d. cap.28. q.12.* & ſequitur Sanchez *d.c.29. n.168. & 170.* dicés etiam neutri patrono tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtico, poſſe Epiſcopum præiudicium inferre, reſoluit ſatis eſſe ſubſequi conſenſum patroni.

23. Non exigitur tamen conſenſus Rectoris, ſiue poſſeſſoris beneficij ab Epiſcopo vniendi; aut, ſi vacet defenſore illius beneficij, maximè quando vnio debet ſortiri effectum poſt Rectoris obitum, vt probat *Clem. fin. verſ. quòd ſi Rector,* vbi gloſſ. *verb. vocatus, de rebus Eccleſ. non alien.* & ibi Card. *quæſt.1. num.7.* Anchar. *num.5.* Rot. *deciſ.133. num.14. part.2. diuerſ.* Seraphin. *deciſ.1078. num.3.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori eccleſ. reſolut.382.* Nicol. Garc. *d. cap.2. num.24. & num.203.* Sanchez *d. cap.29. num.171.* Ioan. à Cochier *ad regul.13. Cancell. num.28.* Quod ſi dicas præiudicium generare, quia impeditur ne cum alio permutari valeat, vel in gratiam alterius illi renuntiari, reſpondet Rebuff. *ad regul.21. Cancel. de vnionibus, gloſſ.11. num.9. & 10.* Hoied. *d. cap.3. num.9.* Azor. *d.c.28. quæſt.12.* id præiudicium non eſſe conſiderabile eo quòd permutatio illa, & reſignatio pendeant à voluntate Superioris, & ſint modi extraordinarij comparandi beneficia, quare id præiudicium cedere debet vtilitati communi, ob quam vnio beneficiorum fit.

24. Diſmembrationem verò, ſeu alienationem partis ipſius beneficij non poſſe fieri, niſi ipſo vocato Rectore, reſoluunt gloſſ. *verb. vocatis in d. Clem. fin.* Petr. Gregor. *de inſtit. rei benef. cap.13. ſub num.11. verſ. ſi verò.* Rebuff. *in compend. alienat. num.69.* Rot. *in Mediolanen. Vnionis 19. Nouembris 1594. coram Orano.*

25. Plebem non eſſe vocandam, niſi allegaret cauſam rationabilem, ne fieret vnio reſoluit Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.219.* vbi *num.220.* refert *in vna Gerunden. Vnionis 20. Martij 1600. coram bonæ mem. Card. Sacrato* fuiſſe reſolutum parochianos eſſe legitimas perſonas in cauſa hoc reſpiciente, cùm illorum interſit bonum habere paſtorem.

26. Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiritur in vnione per Epiſcopum facienda, vt expreſsè deciditur *in Clem.2. de rebus Eccleſ. non alien.* reſoluunt Rebuff. *d. gloſſ.11. num.2.* Paul. Fuſc. *de viſit. lib.2. cap.26. num.5.* Petr. de Peruſ. *de vnionib. cap.5. num.17.* Hoied. *de incomp. benef. p.2. cap.3. num.9. verſ. tertiò requiritur.* Seraph. *deciſ. 1078. num.1.* Azor. *d. cap.28. q.12.* Nicol. Garc. *d. cap.2. num.145.* vbi *num.152. & ſeq.* intelligit, niſi conſuetudo extet in contrarium, Rot. *deciſ.688. num.2. p.1. recent.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.198. num. 17. p.4.* Sanch. *d.c.29. num.165.* vbi addit quòd ſi Canonici conſentire nolint, & iuſta cauſa vnionis faciendæ ſubeſſet, poſſent compelli. Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.52. §. 1. num.1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.5. cap.819. num.3.*

Et ſatis eſt ſi huiuſmodi conſenſus poſt vnionem accedat. Rebuff. *d. gloſſ.11. n. 20. & 21.* Azor. *d.q.12. in fine.* Sanchez *d. cap.29. n.165.* Nicol. Garc. *d.p 2. num.147. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.278. n.30. & cap. 578. n.32.* Rota *deciſ.294. n.19. cum ſeqq. p.5. diuerſ.* Hoied. *de incomp. beneſic. part. 2. cap.3. num. 9.* Aloyſ. Ricc. *deciſ. 198. num.16. part.4.* Hieron. Gabr. *conſil. 200. lib.1.* Rota *deciſ.133. num.9. part.2. diuerſ.* Poterit tamen quilibet, qui haberet intereſſe, dare de nullitate ob defectum conſenſus Capituli, cùm ſolemnitas hæc ſit introducta fauore Eccleſiæ, & ſic fauore publico, vt cenſuit Rot. *deciſ.455. num.5. p.2. recent.* contra eandem Rot. *deciſ.133. n. 10. p.2. diuerſ.* & Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.278. num. 30.* exiſtimantes de tali defectu non poſſe opponi ab alio, quàm ab ipſo Capitulo. 27.

In vnione verò facienda ab Epiſcopo ipſi Capitulo non ſufficit illius conſenſus, cùm non poſſit auctorizare in facto proprio, ſed requiritur auctoritas Papæ, vt reſoluunt gloſſ. *verb. menſæ in d. Clem.2.* quam ſequuntur ibi Card. *num.3.* Abbas *num.6.* & alij, quos refert & ſequitur Nicol. Garc. *d. cap.2. num.168.* & cenſuit Rota *in Peruſina beneficij 4. Iulij 1608. coram bonæ mem. Penia,* vbi quòd in vnione quæ fit ad fauorem Capituli, quam ipſum poteſt auctorizare, requiritur auctoritas Papæ, etiamſi non fiat vigore decreti *infrà ſeſſ.21. de reform. cap.5.* Si verò vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ, ſufficere Capituli conſenſum, & non requiri auctoritatem Papæ, tenuit Rota *deciſ.788. num.4. p.1. diuerſ.* quod etiam locum habere quando vnio fit omnibus prebendis diſtinctis non ſimul, ſed ſeparatim, & indiſtinctè vnicuique, poſt multos, quos refert, reſoluit Nicol Garc. *d. cap.2. num. 100.* & eiuſdem ſententiæ ſunt Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.37. num.25.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.274. num.34. in fine.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.488. in 1. edit.* aliàs *reſol.379. num.4. in 2. edit.* 28.

Quibus modis vnio probetur, diſſerunt Rebuff. *d. tit. de vnionib. à num.34.* Maſcard. *de probat. concluſ.179. & concluſ.586. & concluſ. 1413.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt.80.* Flores de Mena *var. lib.1. quæſt.10. num.19.* Nicol. Garc. *d.c.2. num.258. cum ſeqq.* Et in primis probari ex verbis enunciatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, ad minus duorum, in quibus talia beneficia ſaltem virtualiter tanquam vnita enunciantur, modò originem haberent à diuerſis perſonis non ſuſpectis, reſoluunt Put. *deciſ.240. num.1. lib.2.* Caputaq. *deciſ.344. num.2. p.3.* Seraphin. *deciſ.626. n.2. in fine.* Caualer. *deciſ.599. n.6.* Burat. *deciſ.660. num.2.* Rota *deciſ.724. num.3. p.2. recent. & in Barcinonen. vicariæ 9. Februarij 1624. coram R.P.D. Merlino, & in eadem cauſa 21. Februarij 1625. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo,* & hoc maximè procedere quando enunciatiuæ emanarunt ab ijs, quæ poterant vnionem facere, Mantica *deciſ.355. num. 6. & deciſ.359. num.7.* Rota *in d. Barcinonen. vicariæ.* Probari quoque vnionem in antiquis ex teſtibus de publica voce, & fama, tenuit Rota *deciſ.626. num.4. p.1. & deciſ.724. num.4. p.2. recent.* dummodo tamen cum fama poſſeſſionis de vita probetur etiam titulus, vt fuit reſolutum *in Tyraſſonen. vicariæ 15. Decembris 1617. coram bonæ mem. Andrea, & in eadem 10. Martij 1623. coram R.P.D. Pirouano.* Et eadem Rota quandoque cenſuit quòd ad probandam vnionem requiratur præſcriptio immemorabilis, vt atteſtatur Theodoſ. de Rubeis *in ſingularib. Rotæ p.2. verb. vnio. §.2. pag.113.* vbi id procedere ait, quando vnio allegatur ſine titulo, ſecus verò ſi cum titulo etiam putatiuo. 29.

Bene-

*Beneficia eccleſiaſtica vnita viſitentur: per vicarios etiam perpetuos cura exerceatur: deputatio ipſorum vicariorum fiat cum portione aſsignanda etiam ſuper re certa, non obſtantibus, &c.*

## CAPVT VII.

1 *Doctores de materia huius cap. agentes.*

2 *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias parochiales vnitas monaſterio Canonicorum regularium, quamuis Generalis in eo ſedem ordinariam principalem habeat.*

3 *Epiſcopus poteſt viſitare tam beneficia curata vnita quibuſcunque monaſterijs, & pijs locis, quàm etiam perſonas exercentes curam animarum in monaſterijs Regularium.*

4 *Ordinarij non poſſunt regulariter viſitare Eccleſias, & monaſteria militiarum regni Portugaliæ, ſed bene Eccleſias ipſis vnitas.*

5 *Beneficia exempta, an & quando poterit Epiſcopus viſitare.*

6 *Curatæ Eccleſiæ ſi ſint vnitæ monaſterijs, poſſunt ordinarij locorum eas viſitare.*

7 *Vicinior Epiſcopus quis dicatur.*

8 *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſiam parochialem vnitam monaſterio, baptiſterium, & tabernaculum vbi aſſeruatur ſanctiſſima Euchariſtia.*

9 *Beneficia vnita Vniuerſitati Complutenſi non poteſt Ordinarius viſitare.*

10 *Ordinarius viſitat beneficia curata vnita monaſterijs, non ipſa monaſteria.*

11 *Habet locum in actu viſitationis.*

12 *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias curatas, etiam monaſterijs, quæ capita Ordinum ſunt, vnitas.*

13 *Viſitare poteſt Epiſcopus beneficium, aut parochiam vnitam monaſterio exempto etiam alienæ diœceſis.*

14 *Epiſcopus viſitare poteſt perſonas exercentes curam animarum in monaſterijs Regularium.*

15 *Ordinarij poſſunt temporales, aut perpetuos vicarios conſtituere in quibuſcunque beneficijs eccleſiaſticis, quæ vnita reperiuntur.*

16 *Vicarium perpetuum in Parochiali vnita deputare non poteſt Epiſcopus quando vnio facta eſt per viam pacti de ſeruiendo beneficio per vicarium ad nutum amouibilem.*

17 *Vicarij Regulares deputandi in Parochialibus vnitis monaſterijs Ordinis Præmonſtratenſis debent eſſe amouibiles.*

18 *Vicarios perpetuos conſtituere poteſt Epiſcopus in beneficijs curatis vnitis Cathedralibus.*

19 *Vicarij perpetui non poſſunt inſtitui abſque erectione tituli vicariæ.*

20 *Non habet locum in vicarijs perpetuis iam erectis.*

21 *Beneficia etiam curata alijs beneficijs acceſſoriè annexæ tranſeunt in ſimplicium naturam.*

22 *Parochi amouibiles remoueri non poſſunt niſi ex rationabili cauſa.*

23 *Vicarium perpetuum ponendi facultas in Parochialibus vnitis relinquitur Epiſcopi arbitrio.*

24 *Vicarij ad nutum amouibiles poſiti per Capitulum in Parochialibus menſæ vnitis poterunt amoueri ad nutum ipſius Capituli.*

25 *Vicarij curam exercentes in Eccleſia exempta priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo.*

26 *Parochi pro cura animarum non poſſunt deputari niſi de conſenſu Epiſcopi ac præuio examine.*

27 *Epiſcopus poteſt examinare & approbare vicarios Eccleſiarum parochialium vnitarum, & dependentium à Religione Hieroſolym.*

28 *Vicarii perpetui Parochialis vnitæ nominatio ſpectat non ad Ordinarium, ſed ad eum, cuius eſt beneficium in quo erigitur vicaria.*

29 *Cura animarum in Parochialibus vnitis Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum quomodo exercenda.*

30 *Vicarius ad nutum amouibilis an & quando poſſit ante finitum annum ſeruitii amoueri.*

31 *Cauſa iuſta & neceſſaria requiritur vt erigantur perpetuæ vicariæ in Eccleſiis, in quibus poni poterant vicarii amouibiles.*

32 *Vicarium perpetuum inſtituere non poteſt Epiſcopus quando pro bono pacis & ceſſatione litium expediret inſtitui ad nutum amouibilis.*

33 *Oblationes ſunt computandę in portione aſſignanda vicariis.*

34 *Vicarius perpetuus Abbatię debet ſubire omnia onera reſpicientia curam animarum.*

35 *Vicario perpetuo pertinent omnia onera incumbentia Eccleſię, in qua erecta eſt vicaria perpetua.*

36 *Vicarii merces ex fructibus parochię vnitę monaſterio detrahenda eſt.*

37 *Portio aſſignanda eſt ex bonis Archipresbyteri, & Capituli, ſi cura vnita Collegiatę illis immineat.*

38 *Portionis congruę ab aſſignatione non datur appellatio ſuſpenſiua.*

39 *Conſuetudo immemorialis vt in beneficiis vnitis deſeruiatur per Capellanos amouibiles per hoc decretum tollitur ſi aliter videtur Epiſcopo.*

40 *Priuilegia remunerationis gratia conceſſa non ſuſpenduntur.*

BEneficia Eccleſiaſtica curata, [a] quæ cathedralibus, collegiatis, ſeu alijs Eccleſijs, vel monaſterijs, beneficijs, ſeu collegijs, aut pijs locis quibuſcumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, α *ab Ordinarijs locorum annis ſingulis viſitentur:* [b] qui ſollicitè prouidere procurent, β *vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos,* γ *niſi ipſis Ordinarijs* δ *pro bono Eccleſiarum regimine* aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum, ε *portione* etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur: ζ *appellationibus,* η *priuilegijs,* exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcumque in præmiſsis minimè ſuffragantibus.

a Infra ſeſſ. 14. de refor. c. 9. [illegible]
b Vide ſeſſ. 25. c. 16. ſtatuit ſancta Synodus, & ſuprà c. 5.

1\. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 26. num. 29.* Matth. Soar. *in pract. & ordine viſitandi, cap. 3. num. 1.* Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. vicarius perpetuus,* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ordinarij in exemptos p. 2. q. 45. num. 11.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. à num. 1.* Vaſq. *in opuſc. moral. c. 2. §. 4. num. 206.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 9. quæſt. 19.*

2\. *α Ab Ordinarijs locorum annis ſingulis viſitentur.*] Epiſcopus poteſt ex hoc text. viſitare Eccleſias parochiales vnitas monaſterio Canonicorum regularium, tametſi generalis in eo ſedem ordinariam principalem habeat, ita refert deciſum Armendar. *vbi ſup. §. 2. num. 1.*

3\. Poteſt etiam viſitare tam beneficia curata vnita quibuſcunque monaſterijs, & pijs locis ex hoc text. quàm etiam perſonas exercentes curam animarum in monaſterijs Regularium, quibus etiam cura imminet, iuxta *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* Ita atteſtatur reſolutum Armendar. *d. loco num. 5.*

4\. Viſitare Eccleſias, & monaſteria militiarum regni Portugaliæ licet regulariter Ordinarij non poſſint, poſſunt tamen viſitare Eccleſias ipſis vnitas, ac in eis vicarios perpetuos ponere, per decretum in præſenti; poſſunt etiam viſitare membra, licèt non ſint vnita, etiamſi habeant ſuos viſitatores deputatos à militibus regni Portugaliæ, ita dicit reſolutum Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 3. titul. 2. num. 4.*

5\. Beneficia etſi exempta, poterit Epiſcopus, ſi intra fines ſuæ diœceſis fuerint, tanquam Sedis Apoſt. delegatus abſolutè viſitare: ſi autem extra fines fuerint, poteſt pariter illa vti eiuſdem Sedis Apoſt. delegatus viſitare, quando beneficia ſecularia ſunt, & Cathedralis illis alia Cathedrali vicinior ſit, ex Aldan. *vbi ſuprà*, qui dicit ita deciſum *in Caputaquen. 4. Februarij* 1593.

6\. Curatæ Eccleſię ſi ſint vnitæ monaſterijs, poſſunt Ordinarij locorum eas viſitare, & ponere in eis vicarios perpetuos, ſeu temporarios, iuxta diſpoſitionem huius decreti, prout eis expedire videbitur, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 2. num. 12.*

7\. Vicinior Epiſcopus poteſt viſitare beneficia ſecularia, & clericos ſeculares Abbatiæ nullius diœceſis, ipſosque culpabiles repertos corrigere, & dicitur vicinior Epiſcopus tantùm ille, cuius cathedralis Eccleſia ſit Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Abbatiæ ſubiectis, vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 6.* vbi refert ita deciſum *ſub die 2. Auguſti* 1596.

8\. Viſitare poteſt Epiſcopus non ſolùm Eccleſiam parochialem vnitam monaſterio Ordinis S. Benedicti, cuius cura geritur à Monacho dicti Ordinis, ſed etiam Baptiſterium, & Tabernaculum vbi aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum in Eccleſia exempta exiſtẽs, vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 7.* vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum *in vna Curien. 5. Aprilis* 1631.

9\. Beneficia vnita Vniuerſitati Complutenſi ob priuilegia, quæ habet, non poteſt Ordinarius viſitare, vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 8.* vbi atteſtatur ita deciſum *ſub die 22. Iunij* 1606.

10\. Hoc decretum dans facultatem Ordinarijs viſitandi beneficia curata vnita monaſterijs, intelligitur de beneficijs extra monaſterium, quo caſu ex *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* viſitat tantùm perſonas inibi curam animarum exercentes, & hæc cumulatiuè, non autem priuatiuè ad Abbatem, ita Rota *in Piſcien. iuriſdictionis 15. Iulij* 1590. ☞ *coram Plato.*

11\. Videtur locum habere in actu viſitationis non cum cauſæ cognitione, & via ordinaria procedendo, ſi eſſent monaſterium, & loca regularia exempta, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. part. 11. cap. 2. num. 12.*

12\. Epiſcopus viſitare poteſt Eccleſias curatas, etiam monaſterijs, quæ capita Ordinum ſunt, vnitas; nec obſtat *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regul.* quia *ibi* excipiuntur Eccleſiæ monaſteriorum, in quibus generales, aut capita Ordinum habent ſedem ordinariam principalem, ita refert deciſum Aldan. *d. tit. 2. num. 9.*

13\. Epiſcopum viſitare poſſe beneficium, aut parochiam vnitam monaſterio exempto, etiam alienæ diœceſis, reſoluit Henriq. *in ſumma lib. 7. cap. 15. §. 4. litt. I.*

14\. Epiſcopum poſſe viſitare tam beneficia curata vnita quibuſcunq; monaſterijs, & pijs locis, ex hoc text. quàm etiam perſonas exercentes curam animarum in monaſterijs Regularium, quibus etiam cura imminet, iuxta *cap. 3. ſeſſ. 25. de Regular.* dicit deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum* Nauarræ *lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 6.*

15\. *β Vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos,* &c.] Ordinarios poſſe temporales, aut perpetuos vicarios conſtituere in quibuſcunque beneficijs curatis, quæ vnita reperiuntur Eccleſijs cathedralibus, collegijs, & monaſterijs, etiamſi in littera vnionis expreſſa ſit clauſula vt poſſit deſeruire per Vicarios amouibiles, ſi litteræ ante Conc. Trident. emanauerint, non ita ſi poſt illud ſub eadem clauſula fuerint conceſſæ, reſoluunt Nicol. Garc. *d. part. 11. c. 2. num. 9.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 10. à num. 36. cum ſeqq.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 9. q. 18. à princ.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 72. num. 190.* vbi etiam aduerto non pugnare cum hoc decreto aliud *infrà ſeſſ. 25. de Regul. cap. 11.* dum ſupponit in Eccleſijs monaſteriorum vicarios remouibiles poni poſſe, eo quia hoc, de quo in præſenti, non negat id, quod poſt *in d. cap. 11.* eſt ſtatutum, ſed relinquit arbitrio Ordinariorum, vt ſi viderint expedire, perpetuos ponant Vicarios.

16\. Non poſſe Epiſcopum deputare Vicarium perpetuũ, quando vnio facta eſt per viam pacti, & concordię à Sede Apoſt. approbatæ, cum clauſ. de ſeruiendo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem, quia ex clauſula derogatoria contenta in hoc decreto non tollitur pactum, & concordia à Summo Pont. approbata, ad cuius derogationem expreſſa mentione opus eſt, reſoluunt Flores de Mena *d. q. 10. num. 41.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 191. verſ. ſecundò fallit,* qui etiam, ille ſcilicet *num. 44.* hic verò *in verſ. tertiò fallit,* tenent nec etiam poſſe Epiſcopum Vicarium perpetuũ deputare, quando à tempore immemoriali vnio facta eſt, & ex tunc conſtat Vicarios fuiſſe ad nutum amouibiles, ſcientibus, & conſentientibus Ordinarijs, & nunquam Vicarium perpetuum fuiſſe conſtitutum.

17\. Vicarij Regulares deputandi in Parochialibus, vnitis monaſterijs Ordinis Præmonſtratenſis, debent eſſe amouibiles ad nutum ſuperiorum, iuxta conſtitutionem Pij V. ſi ſeculares poſſunt ab Ordinario conſtitui perpetui iuxta hoc decretum, ita refert deciſum Aldan. *d. tit. 2. num. 10.*

18\. Vicarios perpetuos conſtituere poteſt Epiſcopus in beneficijs Curatis vnitis Cathedralibus, iuxta Bullam Pij V. & hoc decretum, dummodo portio Vicarij non excedat fructus Eccleſiæ, vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 11.* vbi refert ſic deciſum *in vna Aſſiſien.*

19\. Vicarij perpetui non poſſunt inſtitui abſque erectione tituli vicariæ, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 2. num. 15.*

20\. Hoc decretum quatenus permittit Ordinarijs conſtituere poſſe temporales Vicarios in quibuſcumque beneficijs Curatis, quæ reperiuntur vnita Eccleſijs Cathedralibus, &c. non habet locum in beneficijs, in quibus vicariæ perpetuæ iam erectæ erant, vt aſſerit reſolutum Nicol. Garc. *p. 9. c. 2. num. 311.*

21\. Beneficia etiam Curata alijs beneficijs annexa tranſeunt in ſimplicium naturam, dummodo acceſſoriè ſint vnita, & cura per Vicarium temporalem non exerceatur, ita dicit deciſum Nicol. Garc. *part. 11. c. 5. num. 197.*

Cura animarum ſi per Vicarium temporaneum deputatum à Priore exerceri ſolita fuit, illa remanſit penes Priorem, & tenetur reſidere, ita atteſtatur reſolutum Aldan. *d. tit. 2. num. 12.*

22\. Parochi amouibiles remoueri non poſſunt, niſi ex rationabili cauſa, ex Aldan. *d. tit. 2. num. 13.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die 11. Iulij* 1626.

23\. Vicarium perpetuum in Parochialibus vnitis Archidiaconatui, ſeu alijs dignitatibus, aut canonicatibus ponendi facultas relinquitur Epiſcopi arbitrio ſecundùm facultatem, & prout colligitur ex hoc decreto, nec conſtitutio Pij V. obſtat eo quòd & de vnitis ante Concil. intelligatur, ita dicit reſolutum Nicol. Garc. *p. 11. c. 2. num. 9.*

Capi-

24. Capitulum ſi habeat vnitas menſæ nonnullas Parochiales, quibus ab immemoriali tempore deſeruiri fecit per Vicarios ad eius nutum amouibiles iuxta facultatem ſibi à Sede Apoſtolica conceſſam præuio examine, & approbatione Epiſcopi, poterunt huiuſmodi Vicarij amoueri ad nutum Capituli; ab Ordinario verò non niſi ex cauſa legitima atque probata, propter quam etiamſi perpetui eſſent, amoueri poſſent. Ita dicit deciſum fuiſſe Nicol. Garc. *in addit. ad part. 1. c. 2. num. 94.*

25. Vicarij, ſeu Parochi in Eccleſia exempta animarum curam exercere intendentes priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo, iuxta diſpoſitionem *cap. per exemptionem, de priuileg. lib. 6.* vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 16.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Caputaquen. 23. Iunij* 1629.

26. Parochi pro cura animarum non poſſunt deputari, niſi de conſenſu Epiſcopi, ac præuio examine, vt per Aldan. *vbi proximè*, referentem ſic deciſum *in Pictauien. 5. Iunij* 1627.

27. Epiſcopus poteſt examinare & approbare Vicarios Eccleſiarum Parochialium vnitarum, & dependentium à religione Hieroſolymitana, & debet eoſdem Vicarios, ſi idonei reperti fuerint, ſimpliciter approbare, non autem ad tempus, etiamſi ſint temporales, nec poſſunt pro libito eoſdem ſubijcere nouo examini, vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 17.* aſſerentem ita fuiſſe reſolutum *in Auguſtanæ iuriſdictionis* 14. *Decembris* 1630. Niſi ſuperuenerit noua cauſa & ſuſpicio ignorantiæ, quia tunc poterit Epiſcopus eoſdem iterum examinare ad effectum *cap. 6. ſeſſ. 21. de reformat.* ex Aldan. *vbi ſup.* dicente ſic reſolutum *in Pacentina 26. Auguſti* 1628.

28. Nominatio Vicarij perpetui Parochialis vnitę ſpectat non ad Ordinarium, ſed ad eum, cuius eſt beneficium, in quo erigitur vicaria, vt ſtatuitur in conſtit. Pij V. incip. *Ad exequendum, ſub dat. Kal. Nouembris* 1567. in illis verbis, *Volumus inſuper, & ita mandamus quòd dicti Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis vnitis ponentur cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum præuio examine, & approbatione, deputentur*, & ſic per hanc conſtitut. fuiſſe deciſum, refert Nicol. Garc. *p. 9. cap. 2. nu. 295.* vbi *nu. 309.* reſoluit illam habere locum etiam quando vicariæ vacant in menſe reſeruato, ſeu cadunt ſub alia reſeruatione; & *num. 316.* ſubdit in eiuſmodi Vicarijs perpetuis ex hoc decreto, vacantibus in menſibus Apoſt. ſeu aliàs reſeruatis, poſſe fieri præſentationem, ſeu nominationem, & deputationem, non obſtante reſeruatione; ita tamen quòd Vicarij deputati teneãtur expedire nouam prouiſionem, nec aliàs ad poſſeſſionem admitti poſſint, ex *d. conſtit.* Pij V. quatenus ſtatuit quòd Vicarij perpetui pro tempore deputandi teneantur expedire nouam prouiſionem, & ſoluere annatam pro portione fructuum ſibi aſſignata, pro qua debet fieri detractio in ſolutione quinquennij.

29. Cura animarum in Parochialibus vnitis Capitulis Cathedralium, ſeu Collegiatarum Eccleſiarum ita exercenda eſt. Primò ſi incumbit certæ perſonæ, per illam exercenda eſt; ſi imminet toti Capitulo, vt per ſingulos per vices exerceatur, cogendi ſunt ad illam exercẽdam, vt notatur *in cap. ſtatutum, de elect. in 6.* ſi ſpectat ad illorum menſam, ita vt inſtitutio illarum perſonarum, quæ illam curam exercent, à nullo ſuperiore facienda eſſet, Canonici non poſſunt compelli, vt nec per ſe ipſos, nec per Vicarios perpetuos illam exerceat. Gloſ. *verb. menſam, in Clem. 1. de exceſſ. Præl. & ibi* Card. Imol. Anch. Idem dicendum ſi per Sedem Apoſt. eis eſſet indultum, vt per temporarios cura exerceatur; ſed in iſtis duobus caſibus poſtremis cogi poſſunt ad conſtituendos Vicarios perpetuos, ita Nicol. Garc. *p. 11. c. 2. num. 9.*

30. An & quando Vicarius ad nutum amouibilis poſſit ante finitum annum ſeruitij amoueri? vide Rebuff. *in praxi beneſic. tit. de diſpenſat. de non reſiden. num. 18. & tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de mater. poſſeſ. in benef. art. 9. gloſ. vnic. in præfat.* Flores de Mena *d. quæſtion. 10. num. 34.*

31. *y Niſi ipſis Ordinarijs*, &c. ] Hæc verba iuſtum arbitrium Ordinariorum exigere, & deinde quòd id fiat in viſitatione, vnde iuſtam cauſam neceſſariam eſſe vt erigantur perpetuæ vicarię in Eccleſijs, in quibus iuxta prędicta poni poterant Vicarij amouibiles, qua deficiente iuſtè appellari reſoluunt Flores de Mena. *d. quæſt. 10. num.* 47. Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 8.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 72. num. 190. in med.*

32. *δ Pro bono Eccleſiarum regimine*, &c. ] Non poſſe Epiſcopum perpetuum Vicarium inſtituere quando pro bono pacis, & ceſſatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nihil innouari, ſed inſtituendum Vicarium ad nutum amouibilem, reſoluunt Flores de Mena *d. q. 10.* Sanch. *d. cap. 9. num. 191. verſ. 5. fallit.*

*ε Portione*, &c. ] De hac congrua portione aſſignanda Vicario iuxta formam *d. Conſtit.* Pij V. vide dicta *ſup. cap. 3. in fine.*

33. Oblationes ſunt computandæ in portione aſſignanda Vicarijs ex hoc decreto, & Bulla Pij V. & talis aſſignatio partibus citatis eſt facienda, ita Aldan. *d. tit. 2. num. 18.* vbi refert deciſum *in Turolen. die 2. Aprilis* 1583.

34. Vicarius perpetuus Abbatię debet ſubire omnia onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum; cætera verò omnia ad Abbatem, ſeu Commendatarium eiuſdem Eccleſiæ ſpectant, in qua eſt erecta vicaria, vt per Aldan *d. tit. 2. num. 20.* vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *in Eugubina 11. May* 1594.

35. Omnia onera incumbentia Eccleſiæ, in qua erecta eſt vicaria perpetua, pertinent ad ipſum Vicarium perpetuum, ex Aldan. *vbi ſup.*

36. Vicarij merces detrahenda eſt ex fructibus parochiæ vnitæ monaſterio, non autem ex fructibus monaſterij, refert deciſum Aldan. *d. tit. 2. num. 21.*

37. Cura vnita Collegiatæ ſi immineat Archipresbytero, & Capitulo, ex bonis Archipresbyteri, & Capituli portio aſſignanda eſt, ita dicit reſolutum Aldan. *d. tit. 2. n. 22.*

38. *ζ Appellationibus.* ] Vide Ceuall. *commun. contra communes quæſt. 897. num. 613. part. 4.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neap. deciſ. 136. part. 2.* vbi de appellatione ab aſſignatione congruæ portionis; & quòd hæc appellatio deuoluat, ſed non ſuſpendat, dicit reſolutum Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 2. num. 11.*

39. Per hoc decretum tollitur conſuetudo immemorialis, vt in illis beneficiis vnitis deſeruiatur per Capellanos amouibiles, ſi aliter Epiſcopo videbitur, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. c. 2. num. 7.*

40. *η Priuilegijs.* ] Non tamen remunerationis gratia cõceſſis, ex quibus beneficium eſſet vnitum cum clauſula ponendi Vicarium ad nutum amouibilem, vt per Flores de Mena *d. q. 10. num. 46.* Sanch. *d. c. 29. num. 191. verſ. 4. fallit*, aduertentes ſub generali priuilegiorum derogatione, quam apponit text. *in præſenti*, non includi priuilegia remunerationis cauſa conceſſa; limitant tamen, ille *num. 49. & 50.* hic vero *in verſ. vltimò fallit, dictis locis*, niſi ex priuilegio Pontificio poſt huiuſmodi decretum conceſſo vnitum eſſet beneficium parochiale, cum clauſula inſtituendi Vicarium ad nutum amouibilem, tunc enim aiunt minimè poſſe Epiſcopum contra id priuilegium Vicarium perpetuum conſtituere, dummodo illud ex certa ſcientia, aut Motu proprio conceſſum eſſet, aut cum expreſſa Tridentini derogatione.

*Eccleſias exemptas quaſcunque Ordinarij locorum viſitant vt reparentur, & cura animarum ſollicitè habeatur.*

## CAPVT VIII.

1 *Doctores de materia huius cap. agentes.*

2 *Viſitare poteſt Epiſcopus quaſcunque Eccleſias ſeculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes, etiamſi ad Regulares pertineant.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 *Epiſcopus cuius Cathedralis eſt proximior, poteſt viſitare quaſcunque Eccleſias ſeculares nullius diœceſis quantumcunque exemptas.*

4 *Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſijs Regularium exemptorum exiſtentes, non autem Capellas, vel altaria, viſitare poteſt Epiſcopus.*

5 *Altaria, & Capellas in Regularium Eccleſijs etiam per ſecularium confraternitates conſtructa viſitare non poteſt Epiſcopus.*

6 *Monaſteria monialium Regularibus ſubiecta viſitare poteſt Epiſcopus in his omnibus, quæ ad clauſuram ſpectant.*

7 *Capitulum Sede vacante poteſt viſitare monaſteria monialium non exempta.*

8 *Dignitatem exemptam poteſt Epiſcopus viſitare in concernentibus curam animarum illi annexam.*

9 *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias curatas vnitas monaſterijs, & ponere in eis Vicarios perpetuos, ſiue temporaneos, prout expedire videbitur.*

10 *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias exemptas inferioribus Prælatis ſubiectas.*

11 *Et quas Abbas S. Benedicti in eius diœceſi ſitas habet.*

12 *Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Eccleſias parochiales Regularium ſuæ diœceſis, quando in eis cura exercetur per Sacerdotes ſeculares.*

13 *Viſitare poteſt Epiſcopus omnes parochiales ſuæ diœceſis, etiamſi monaſteria prætenderent habere iuriſdictionem ſpiritualem immutabilem in locis vbi dictæ Eccleſiæ ſitæ ſunt.*

14 *Altare membrum Religionis S. Antonij Viennenſis, quod cura caret animarum, non poteſt viſitare Epiſcopus.*

15 *Viſitare non poteſt Epiſcopus loca Eccleſiarum Regularium non habentium curam animarum in quibus aſſeruatur ſanctiſſimum Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſecularium audiuntur.*

16 *Ordinarij ſe non poſſunt interponere ad viſitãdum, vbi Equites Hieroſolymitani habent iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem.*

17 *Parochiales Eccleſiæ, etiam quæ ſunt capita Ordinum, ab Ordinarijs viſitari debent.*

18 *Viſitari non poſſunt ab Ordinarijs Regulares inſeruientes de licentia ſuorum ſuperiorum beneficijs ſimplicibus, quæ ſunt membra monaſteriorum.*

19 *Prioratum Militum Hieroſolymitanorum Ordinarius viſitare non poteſt.*

20 *Prioratus, qui ſuis capitibus ſubſunt, ab Epiſcopis viſitari non poſſunt.*

21 *Eccleſiæ Militum Hieroſolymitanorum ſunt exemptæ à viſitatione Epiſcoporum, niſi in concernentibus ipſam curam.*

22 *Epiſcopus viſitans in vim Concilij locum exemptũ non poteſt proceſſum iudicialiter conficere, cauſaſque ordinarias cognoſcere.*

23 *Viſitare poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſt. delegatus Parochialem ſubiectam Monachis Oliuetanis.*

24 *Subdelegare poteſt Epiſcopus, ſpecialiter tamen, facultatem viſitãdi Eccleſiam collegiatam exemptam.*

25 *Procedit in inferioribus habẽtibus iura Epiſcopalia.*

26 *Capellæ regiæ huic decreto ſubijciuntur.*

27 *Non cenſetur ſuſtuliſſe rem iudicatam, nec concordiam.*

28 *Epiſcopus in viſitatione non poteſt recuſari tanquam ſuſpectus.*

α LOcorum Ordinarij Eccleſias quaſcunque,[a] β *quomodolibet exemptas* auctoritate Apoſtolica, ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt, quæ reparatione indigent, reparentur: & cura animarum, ſi qua illis immineat, alijſque debitis obſequijs minimè defraudetur: appellationibus, γ *priuilegijs, conſuetudinibus*, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, δ *& illorum inhibitionibus penitus excluſis*.

[a] Infrà ſeſſ. 24. de relig. c.9. & ſeſſ. 21 c.8. Concil. Tole.4. c.35. Conc. Bracaren.2. cap.1. Conc. Aurel. c.17. cap. decernimus. c. Epiſcopũ & c. placuit. 10. q.1.

1. VIde Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.1. quæſt.36. art.3.* Zerol. *in praxi Epiſcop p.1. verb. viſitatio, & p.2. verb. exemptus.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. cap.8.* Villadieg. *in ſpeculo viſitat. fol. 32. num. 7.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, p.2. q.45. num.11. & p.4. q.23. num.2.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. c.40.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.5. collect. 1591.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.6. de viſitat. l.5. §.2. num.13. 14. & 84. cum multis ſeqq.* Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib.1. tit.7.* meipſum *de efficio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.74. per tot.* Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol.15. num.15.*

2. Viſitare poteſt Epiſcopus quaſcunque Eccleſias ſeculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes vigore huius decreti, etiamſi ad Regulares pertineant, & ab eis dependeant, dum tamen per ſeculares eis deſeruiatur, ita refert deciſum Armendar. *d. tit.6. de viſitat. l.5. §.2. num.3.*

3. Eccleſias ſeculares nullius diœceſis quantumcunque exemptas, & Sedi Apoſt. immediatè ſubiectas, earumque Prælatum ſecularem habentem in eis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt Epiſcopus, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitare, vigore Concil. *ſeſſ. 24. de reformat. cap.9.* ita refert reſolutum Armendar. *d. tit.6. de viſitat. l.5. §.2. num.13.*

4. Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſijs Regularium exemptorum exiſtentes, non autem Capellas, vel altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias exiſtunt, ita teſtatur reſolutum Armendar. *d. tit.6. de viſitat. l.5. §.2. num.14.*

Viſitare poteſt Epiſcopus confraternitates ſecularium in regularium Eccleſijs erectas, & in illas iuriſdictionem ad ſacri Concil. Trident. præſcriptum exercere, quacumque contraria conſuetudine non obſtante, ita Aldan. *d. tit.7. num.2.* vbi refert deciſum *in S. Congregat. Epiſcop. in Vercellen. 17. Iulij 1615.*

Viſitare non poteſt Epiſcopus Altaria, & Cappellas in Regularium Eccleſijs, etiam per ſecularium confrater- 5.
nitates conſtructa, ex Aldan. *d. tit.7. num.3.* vbi teſtatur reſolutum *in S. Congreg. Epiſcop. in Papien. 21. Auguſti 1615. & in Terracinen. 22. Ianuarij 1616.*

Viſitare poteſt Epiſcopus monaſteria Regularibus 6.
ſubiecta in ijs omnibus, quæ ad clauſuram pertinent, etiamſi moniales ſint Regularibus ſubiectæ, quoties verè cognouerit expedire, ita refert deciſum Armendar. *d. tit.6. de viſitat. num.17. & 18.* Et circa clauſuram delinquentes poteſt Epiſcopus tanquam ad hoc Sedis Apoſt. delegatus punire, quoties & quando opus fuerit, ſicut ſtatuit Gregorius XV. *in ſua conſtitut.* incip. *Inſcrutabili, ſub dat. 9. Februarij 1622.*

Capitulum Sede vacante poteſt viſitare etiam mona-
ſteria monialium non exempta, exempta verò minimè, 7.
ita referunt reſolutum Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.7. num.45.* Armendar. *d. tit.6. de viſitat. num.84.*

Dignitatem exemptam poteſt Epiſcopus viſitare in
concernentibus curam animarum illi annexam, ita Al- 8.
dan. *d. tit.7. num.5.* vbi refert ſic deciſum *in Bergom.* 18. *Auguſti 1628.*

Eccle-

9. Eccleſias curatas vnitas monaſterijs poteſt Epiſcopus Ordinarius loci viſitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, ſiue temporaneos, prout eis expedire videbitur, vt teſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. nu. 85.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 74. num. 14.*

10. Eccleſias exemptas etiam inferioribus Prælatis ſubiectas poteſt Epiſcopus viſitare, ſicut tradit Armendar. *dicto tit. 6. de viſitat. num 86.*

11. Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias, quas Abbas S. Benedicti in eius diœceſi ſitas habet, modò in eis cura animarum exerceatur per Sacerdotes ſeculares, vt per Armendar. *d. tit. 6. num. 87.*

12. Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Parochiales ſuæ diœceſis, in quibus ſunt Sacerdotes ſeculares, licet Eccleſiæ ſint Regularibus ſubiectæ, ſiue etiamſi ſint Eccleſiæ Regularium, quando tamen cura exercetur per Sacerdotes ſeculares, ex Armendar. *d. tit. 6. num. 88.* quem refero *d. alleg. 74. num. 12.*

13. Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Parochiales ſuæ diœceſis, etiamſi monaſteria prætenderent habere iuriſdictionem ſpiritualem immutabilem in locis vbi dictæ Eccleſiæ ſitæ ſunt, vt refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. num. 89.* quem cito *d. alleg. 74. num. 12.*

14. Epiſcopus non habet ius viſitandi ſacellum, vel altare quod cura caret animarum, & membrum ſit religionis S. Antonij Vienneſis, vt atteſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. num. 90.*

15. Et poſita conſtitutione Gregorij XV. incip. *Inſerutabili, ſub dat. 9. Februarij 1622.* deciſum fuit Epiſcopis non licere in vim eiuſdem conſtitutionis viſitare altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſecularium, nec loca vbi in eiſdem Eccleſijs aſſeruatur ſanctiſſimum Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſecularium audiuntur, quam deciſionem originalem præ manibus habui, & in typographia Romanæ Cameræ Apoſt. impreſſam vidi.

Licèt Epiſcopi viſitare poſſint Eccleſias, quibus imminet cura animarum, non comprehenduntur tamen monaſteria, & Eccleſiæ Regularium, quando ſunt Eccleſiæ in diœceſi, ita refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. num. 93.*

16. Vbi Equites Hieroſolymitani habent iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, ibi Ordinarij ſe non poſſunt interponere ad viſitandum, vt teſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. n. 94.* quem refero *d. alleg. 74. n. 26. in fine.*

17. Parochiales Eccleſiæ vnitæ monaſterijs, etiam quæ ſunt capita Ordinum, ab Ordinarijs viſitari debent, vt ait reſolutum Armendar. *d. tit. 6. n. 95.*

18. Regulares inſeruientes de licentia ſuorum ſuperiorum beneficijs ſimplicibus, quæ ſunt tamen membra monaſteriorum, ſeu Religionis, non poſſunt viſitari ab Ordinarijs, ex Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. num. 96.*

Epiſcopus incumbens correctioni, & viſitationi exēptorum vigore facultatis ſibi tanquam Sedis Apoſt. delegato à Concil. tributæ, poteſt procedere contra conſeruatores impedientes, præſertim ſi illi extra diœceſim commorentur, vt per Armendar. *lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num. 75.*

19. Prioratum Militum Hieroſolymitanorum Ordinarius viſitare non poteſt, cùm illi ſint Præpoſitores, non verò Commendatarij, ſed viſitari debet à Capitulis ſui Ordinis, ita Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. num. 101.* quem refero *d. alleg. 74. n. 27.*

Prioratus, qui ſuis capitibus ſubſunt, etiam Ordinis 20.
Hieroſolymitani, ab Epiſcopis viſitari non poſſunt, vt refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. de viſitat num. 103.*

Eccleſiæ Militum Hieroſolymitanorum ſunt exem- 21.
ptæ priuilegijs ſummi Pontificis à viſitatione Epiſcoporum, præterquam ſi fuerint curatæ, ſicut teſtatur reſolutum Armendar. *d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num. 6.* In concernentibus verò ipſam curam Ordinario ſunt ſubiectæ, & ab eo viſitari poſſunt, vt decreuit ſanctæ mem. Pius V. *conſtit. ſua,* incip. *Expoſcit, ſub dat. 22. Septembris 1571.* & referunt Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 46.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut. 176.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part. 2. q. 45. num. 11.* quos adduco *d. alleg. 74. num. 26.*

Epiſcopus viſitans in vim Concilij locum exemptum, 22.
ſeu nullius diœceſis, non poteſt proceſſus iudicialiter conficere cauſaſque ordinarias cognoſcere, ac definire, ita Aldan. *d. tit. 7. num. 6.* vbi ſic deciſum fuiſſe refert *ſub die 8. Iunij 1619.*

Viſitare poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtol. de- 23.
legatus Parochialem ſubiectam Monachis Oliuetanis, & hoc debet exprimere, & Abbas poteſt concedere decreta cumulatiuè cum Epiſcopo, ſed quatenus ſint contraria debent præualere decreta Epiſcopi, vt Aldan. *d. tit. 7. num. 7.* vbi atteſtatur ita fuiſſe reſolutum *in Veronen. 29. Iulij 1628.*

Subdelegare poteſt Epiſcopus facultatem viſitandi 24.
Eccleſiam collegiatam exemptam, ſed opus eſt ſubdelegatione ſpeciali, ex Aldan. *d. tit. 7. num. 8.* vbi refert deciſum *in Lucana 1. Februarij 1631.*

α *Locorum Ordinarij.* ] Procedere in inferioribus ha- 25.
bentibus iura Epiſcopalia, tenuit Rota *in Piſcien. ſeu nullius iuriſdictionis 16. Nouembris 1593. coram Giptio,* impreſſa *deciſ. 798.* apud Farinac. *in 1. collect. nouiſſ.* aliàs *p. 4. diuerſor.* Aloyſ. Ricc. *in praxi reſolut. 538. num. 3. in 2. edit.*

Abbati, qui exercet iuriſdictionem in aliquo territorio ex conſuetudine immemoriali confirmata à Sede Apoſtol. non obſtat hoc decretum quin poſſit viſitare Eccleſias, Rota *in Salamantina iuriſdictionis 9. Maij 1594. coram Seraphino.*

β *Quomodolibet exemptas.* ] Capellæ regiæ huic decreto 26.
ſubijciuntur, quia reſeruatio exemptionis, de qua *ſeſſ. 24. cap. 11.* procedit iuxta terminos *cap. cum Capella, de priuil.* ſolùm quoad ſuſpenſionem, vel excommunicationem, aut interdictum, non quoad viſitationem, ita Rota *deciſ. 744. p. 1. diuerſ.* Couar. *practic. cap. 11. num. 5.*

γ *Priuilegijs conſuetudinibus,* &c. ] Non cenſetur ſuſtu- 27.
liſſe nec rem iudicatam, nec concordiam, vt per Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2. num. 202.* Non derogat ſententiæ, & concordiæ, quæ Epiſcopum à viſitatione excludūt, cùm enim faciat diuerſas derogationes, cēſetur alijs non expreſſis noluiſſe derogare, idem Garc. *d. c. 2. n. 202.*

δ *Et illorum inhibitionibus penitus excluſis.* ] Non poſſe 28.
Epiſcopum in viſitatione recuſari tanquam ſuſpectum, dum tamen in ea proceſſum non compleat, & ſe intra viſitationis terminos contineat; ſicut etiam in præparatoria inquiſitione non poſſe vt ſuſpectum recuſari, nec probatione, vel allegatione ſuſpicionis impediri, quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat, viſitatos afficere poſſit, referunt deciſum Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. iuris alleg. 70. nu. 7.* Curi Philip *p. 1. §. 7. num. 10.* Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. nu. 7. & 8.* vbi *num. 34.* ſecus aſſerit, ſi in viſitando modum exceſſerit.

---

*Conſecrationis munus infra tres menſes Epiſcopi ſuſcipere tenentur.*

## CAPVT IX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

AD maiores Eccleſias promoti [a] munus conſecrationis infra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur.

[a] Seſſ. 23. c. quoniam quidam diſt. 100. & infrà ſeſſ. 23. de reform. c. 2.

1. Vide Sylueſt. *verb. conſecratio Prælatorum*, Sbroz *de officio vicarij lib. 2. quæſt. 10.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 97. n. 52.* Rendina *in promptuario recept. ſentent. tit. 38. num. 13.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. conſecratio Prælatorum,* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 3. num. 22.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 24. n. 141.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 58.* Campan. *in diuer. iuris canon. rub. 6. c. 6. n. 9.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 2. in princip. à n. 2.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 6. c. 7. n. 47.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. c. 5. n. 23. verſ. & quidem primò,* Caſtald. *in praxi cæremon. lib. 1. ſect. 10. cap. 2. n. 3.* Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſ. hierarchia p. 1. diſp. 6. §. 2. n. 11.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 1. num. 39.* latiùs *infrà ſeſſ. 23. de reformat. cap. 2.*

---

*Capitula Sede vacante nulli dent reuerendas, niſi arctato occaſione obtinendi, aut obtenti beneficij Eccleſiaſticis, ſub pœnis,* &c.

## CAPVT X.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Capitulum, ſeu eius Vicarius non poteſt infra annũ dare dimiſſorias etiam ad primam tonſuram.*
3 *Capitulum non poteſt infra annum dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate vt ordinet Regulares.*
4 *Capitulum Sede vacante poteſt infra annum teſtimonium idoneitatis facere.*
5 *Capitulum Sede vacante ante lapſum anni poteſt facultatem concedere obtinenti licentiam à Sede Apoſtolica de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij, &c.*
6 *Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt exequi commiſſiones Apoſt. in forma* Dignum.
7 *Nec poteſt expedire diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario generali.*
8 *Vicarius Papæ poteſt Apoſt. Sede vacante dimiſſorias impartiri.*
9 *Capitulum poſt annum Sedis vacantis litteras dimiſſorias, & facultatem ordinandi concedere poteſt in Eccleſia vacante.*
10 *Dimiſſorias concedere poſt annum ſpectat ad Vicarium capitularem, & non ad Capitulum.*
11 *Epiſcopus ſi eſt notoriè hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ pertinet facultas concedendi dimiſſorias.*
12 *Capitulum ex cauſis in Concilio expreſſis Ordinum interſtitia remittere poteſt.*
13 *Concilium Prouinciale non poteſt reſtringere poteſtatem Capituli vt non concedat poſt annum litteras dimiſſorias.*
14 *Capitulum Sede vacante intra annum dimiſſorias ad Ordines dare non poteſt, etiamſi haberet territorium diſtinctum & exemptum.*
15 *Dimiſſorias litteras per eius Vicarium concedere poteſt Capitulum Sede vacante, arctatis beneficijs tam habitis, quàm habendis.*
16 *Arctati occaſione beneficij recepti qui dicantur.*
17 *Arctati occaſione beneficij recipiendi qui dicantur.*
18 *Vicarius Capituli Sede vacante concedens dimiſſorias intra annum incurrit tantùm pœnam interdicti.*
19 *Quamuis is, cui conceſſit dimiſſorias, illis vſus non fuiſſet.*
20 *Ordinati ad minores Ordines de licentia Capituli Sede vacante intra annum nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudere debent.*
21 *An poſſint habere beneficium.*
22 *Verbum* gaudeant, *eſt futuri temporis.*
23 *Impedimentum hoc perpetuũ non eſt, ſed temporale.*
24 *Epiſcopus poteſt ratificare Ordines, quos accepit eius ſubditus abſque ſuis litteris dimiſſorialibus.*

a Seſſ. 23. c. 10. 4. c. cum nullus, de temp. ord. in 6.
b Infrà ſeſſ. 23. de reformat. cap. 10.

NOn licet Capitulis Eccleſiarum,[a] Sede vacante, α *infra annum* à die vacationis, & ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſorias, ſeu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm β *etiam cuiuſuis priuilegij*, aut conſuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione, γ *arctatus non fuerit*, concedere: ſi ſecus fiat,[b] δ *Capitulum contrauenien*s, Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: ε *& ſic ordinati,* ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, ζ *gaudeant*: in maioribus verò ab executione Ordinum, η *ad beneplacitum futuri Prælati*, ſint ipſo iure ſuſpenſi.

1. Vide Rebuff *in praxi benefic. tit. de deuolut. num. 67.* Emman. Sa *in aphor. verb. Ordo num. 20.* Card. Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib. 1. cap. 49. num. 2.* Nauarr. *conſil. 19. aliàs 27. & conſil. 20. aliàs 28. in nouis, de tempor. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem titul. deciſ. 21. 22. & 65.* Henriquez *in ſumma lib. 10. c. 22. §. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Capitulum, in principio.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 26 verb. ſine licentia, verſ. poterit tamen,* Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. c. 14. concl. 2.* Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. 5. num. 12.* Sanch. *in opuſc. moral. tom. 2. lib. 7 cap. 1. dub. 20. num. 36.* Petr. de Ledeſma *in ſumma par. 1. tract. de Sacrament. Ordinis cap. 8. concl. 3.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. par. 1. cap. 1. num. 13.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. c. 49. quæſt. 5.* Suar. *tom. 5. de cenſuris, diſput. 31. ſect. 1. num. 20.* Fornar. *de Sacramento Ordinis cap. 4. num. 4.* Rendina *in prompt. recep. ſentent tom. 1. tit. 10. à numer. 1.* Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, verſ. decimò quæro,* Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 26. littera C. in nouiſſim. edit.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 3. cap. 8. num. 47. cum ſeqq.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rubric. 9. cap. 7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 106. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. part. 4. deciſ. 185.* Bonacina *de Sacrament. diſput. 8. quæſt. vnic. puncto 4. num. 22.* Raguc. *de voce Canonic. quæſt. 39. num. 2.* Bonacina *de ſuſpenſion. in particulari diſput. 3. quæſt. 1. punct. 11. ex nu. 25.* Nicol. Garc. *de beneficijs p. 5. c. 7. num. 93. cum ſeqq.* Monet. *de commut. vltimarum voluntat. c. 10. nu. 164. cum multis ſeqq.* Cardoſo *in praxi Iudicum verb. Capitulum, num. 5.* Molin. *de Iuſtitia tract. 5. diſput. 11. num. 4.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. Eccleſ. cap. 8. num. 34. & cap. 44. num. 20.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part. 1. tract. 2. cap. 1. quæſt. 6. prope fin.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi par. 2. alleg. 7. numero 10. cum ſeqq.* vbi *numer. 23.* reſoluo dimiſſorias à Capitulo Sede vacante ritè, & rectè datas non expirare per ingreſſum moderni Epiſcopi, & *num. 23.* cum multis teneo dimiſſorias huiuſmodi ſemper valere tam viuente, quàm defuncto dante. Marchin. *de Sacram. Ordin. tract. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tract.1.p.6.c.3.à num.*12. Valenzuel.*conſ.*107.*num.2.tom.*2.

2. Capitulum, ſeu eius Vicarius Sede vacante nõ poteſt infra annum dare dimiſſorias, etiam ad primam Tonſuram, vt reſoluunt Quarant. *d.verb.Capitulum Sede vacante, verſ.decimoquarto,* Fr. Emman. *in ſum to.*2.*c.*14.*nu.*6. Majol. *de irreg.lib.*4.*c.*2.*num.*3. Nicol. Garc. *de benef.p.*5.*c.*7.*num.*95. vbi additio, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.*106. Monet. *de commut. vltim.volunt.c.*10.*num.*173. Niſi concedat ei, qui eſt præſentatus à patronis laicis ad beneficium Eccleſiaſticum iuris patronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat, ſecundùm Nicol. Garc. *d.c.*7.*num.*93. Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis tract.*6.*cap.*7.*num.*50.

3. Non poteſt dicto anno durante dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate, vel diœceſi, vt ordinet Regulares, etiam præuio examine per ipſum Vicarium facto, ex Raguc. *de voce Canonic.quæſt.*39.*num.*4.

4. Poteſt tamen Capitulum Sede vacante infra annum teſtimonium idoneitatis facere, vt tenent Nauarr. *conſil.*19.*in antiq.* aliàs 27.*in nouis, de tempor.ord.* Sayr. *in florib. deciſ.ſub eod.tit.deciſ.*21. Bonacina *de Sacram.diſp.*8.*quæſt.vnic.punct.*4.*num.*24.*& d.punct.*11.*nu.*24. Galet. *in margar.caſuum conſcient.verb.Capitulum* 5. Molin. *d.tract.*5.*diſp.*11.*num.*4.*verſ.quamuis.* Marcel. Vulpe *d.cap.*44.*num.*21. Marchin. *d.p.*6.*cap.*3.*num.*17.*&* 18. Ciarlin. *controuerſ.forenſ.lib.*1.*c.*46.*num.*12. Ego ipſe *d. alleg.*7.*num.*16. Quarant. *d.verſ.decimò quarto, limit.*3. Monet. *d.cap.*10.*num.*182. vbi refert modernum Curiæ Romanæ ſtylum habere vt Sede Epiſcopali vacante, ipſæ quoque teſtimoniales dentur ab Ordinario viciniore.

5. Poteſt quoque ante lapſum anni vacationis Sedis obtinenti facultatẽ à Sede Apoſtolica de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij huiuſmodi facultatem ſubordinatam concedere, vt tenent Nauarr. *conſ.*19.*in antiq.* aliàs 27 *in nouis, de tempor.ordin.* Piaſec. *d.cap.*1.*num.*13.*verſ. Capitulum.* Ego ipſe *d.alleg.*7.*num.*14. Diana *p.*5.*tract.*10.*reſolut.*40.*verſ.*3.

Poteſt inſuper anno durante Epiſcopo extero concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum ſubditorum, non tamen ſubditorum vacantis Sedis, vt reſoluunt Henriquez *in ſum lib.*10.*cap.*22.*§.*1. Quarant. *d.verb. Capitulum Sede vacante, q.*11. Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapolit.cap.*87.*num.*33. Piaſec. *loco proximè citato.* Nauarr. *conſ.*27.*de temp.ordin.* Molfeſ. *in ſum.tract.*2.*cap.*2.*num.*28. Marchin. *d.p.*6.*cap.*3.*num.*16.

Sede Epiſcopali vacante pro ſuſcipiendis Ordinibus infra annum non eſt adeundus vicinior, vel Metropolitanus, ſed adeunda eſt Sedes Apoſtolica, vt refert deciſum Nicol. Garc. *part.*5.*cap.*7.*num.*93.

Vicarius Capitularis Sede vacante executioni demãdare poteſt litteras Epiſcopo per S. Congregationem directas, & ab illo non exequutas, vt per Aldan. *in compend. reſolut.canon.lib.*2.*tit.*3.*num.*1. vbi dicit ita fuiſſe deciſum ☞ *in S.Congreg.Epiſcop.ſub die* 10.*Aprilis* 1615.

6. Vicarius huiuſmodi Capituli Sede vacante non poteſt exequi commiſſiones Apoſtolicas in forma *Dignum,* & aliàs directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel ſub nomine dignitatis, ex eodem Aldan. ☞ *citato loco,* vbi teſtatur reſolutum *ſub die* 2. *Auguſti* 1631.

7. Nec poteſt expedire diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario generali, vt contra Sanchez *de matrim.lib.*8.*diſp.*27.*à num.*29. tenet Aldan. *d.* ☞ *loco,* referens deciſum *ſub die* 24.*Maij* 1621. Et ſic iam hodie Capitulum Sede vacante exequi non poteſt cauſas Vicario Epiſcopi delegatas, niſi in commiſſione exprimeretur nomen diœceſis tantùm, v.g. Vicario Bracharenſi, quia dum Sedes vacat, Vicarius eſt officialis illius diœceſis, ita nouiſſimè Marcell. Vulpe *in praxi iudic.fori eccleſ.cap.*44.*num.*6.

8. Vicarius Papæ non prohibetur etiam ſtatim poſt vacantem Sedem Apoſtol. dictas dimiſſorias impartiri, eo quòd hoc decretum minimè reſtringit iuriſdictionem Sedis Apoſtol. quamuis vacantis, prout reſoluunt Maiol. *de irregular.lib.*4.*cap.*6. Henriq. *lib.*10.*cap.*22.*§.*3. Salzed. *d.cap.*26.*lit. C.verſ.poterit.* Campan. *d.cap.*8.*nu.*6. Ego ipſe *d.allegat.*7.*num.*13. Marcel. Vulpe *d.cap.*8.*nu.*34.*& d.cap.*44.*num.*20.*in fine.*

9. α *Infra annum,* &c.] Capitulum poſt annum Sedis vacantis litteras dimiſſorias, & facultatem ordinandi concedere poteſt in Eccleſia vacante, ſicut deciſum atteſtatur Nicol. Garc. *d.p.*5.*cap.*7.*num.*93. quæ proſunt etiam finita Capituli auctoritate, Bonacina *d.puncto* 11.*num.*27. Alzed. *p.*2.*cap.*5.*num.*95.

10. Dimiſſorias poſt annum concedere ſpectat ad Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum, vt reſoluit Aldan. *d.tit.*3.*num.*5. referens ſic fuiſſe reſolutum *in S.Congreg. Epiſcop. in Neapolitana ſub die* 12. *Ianuarij* 1604. ☞

11. Epiſcopus ſi eſt notoriè hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ pertinet facultas concedendi dimiſſorias, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d.p.*5.*cap.*7.*num.*93.

12. Capitulum Cathedralis, non autem eius Vicarius, in caſibus, in quibus eidem Sede Epiſcopali vacante licet per hoc decretum dimiſſorias concedere, poteſt etiam ex cauſis in Concilio expreſſis Ordinum interſtitia remittere, ex Aldan. *d.tit.*3.*num.*6. vbi refert ſic deciſum *ſub die* 17. *Maij* 1600. & ibi etiam habetur Vicarium Capituli non poſſe etiam ex cauſis in Concil. expreſſis Ordinum interſtitia remittere, cùm non poſſit magis, quam Vicarius Epiſcopi.

13. Concilium Prouinciale non poteſt reſtringere poteſtatem Capituli, vt ſcilicet non concedat poſt annum litteras dimiſſorias ordinandis ad titulum patrimonij, vel penſionis, ſed hac in re obſeruandum eſt *cap.*2.*ſeſſ.*21.*de reform.* quod docet, obtinentes patrimonium, vel penſionem non promouendos, niſi Epiſcopus pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum iudicauerit eos aſſumendos eſſe, vt refert deciſum Garc. *d.par.*5.*cap.*7.*num.*93.

14. β *Etiam cuiuſuis priuilegij,* &c.] Non poſſe Capitulum Sede vacante infra annum dimiſſorias ad Ordines dare, etiamſi haberet territorium diſtinctum & exemptum ob immemorabilem poſſeſſionem, & ſint iudices ordinarij, ita Quarant. *d.verb. Capitulum Sede vacante, verſ.decimò quarto.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ.curiæ Archiep.Neapol.deciſ.*185.*p.*4.

15. γ *Arctatus non fuerit.*] Arctatis beneficijs tam habitis, quam habendis poſſe Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum intra annum litteras dimiſſorias concedere, tenent Salzed *d.cap.*26.*lit.C.verſ.poterit,* Garc. *d.p.*5.*cap.*7.*à num.*96. Molin. *d.tract.*5.*diſp.*11.*num.*4.*verſic. quamuis.* Zerol. *in praxi Epiſc.p.*1.*verb.Capitulum, in princ. verſ.ſecundum.* Quarant. *d.verſ.decimò quarto.* Monet. *d.c.*10.*num.*180. vbi reſoluit poſſe huiuſmodi Capitulum pro arctatis litteras dimiſſorias ei concedere, qui habeat Epiſcopum, à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij cõpatibilis ab eo recepti illas poſſet obtinere.

16. Arctati occaſione beneficij recepti illi dicuntur, qui obtinent aliquod beneficium requirens beneficium perſonale, ratione cuius de iure, conſuetudine, priuilegio, ſtatuto Eccleſiæ, vel fundatione intra annum tenentur ſe promoueri facere, vt reſoluunt Nicol. Garc. *d.p.*5.*cap.*7.*num.*98. Vgolin. *de poteſt.Epiſc.cap.*26.*§.*20.*num.*5.*verſ.& primò.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.*98. exemplificantes in eo, qui obtinet parochialem Eccleſiam, quod ſit arctatus ad ſacerdotium intra annum, & in eo qui obtinet canonicatum ad Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficijs, ſeu capellanijs requirentibus ex inſtitutione ſeruitium perſonale, ſeu aliquem Ordinem, latè Monet. *de comm.vlt.volunt.c.*10.*num.*166.*cum multis ſeqq.* vbi cum Garc. & Vgol. *locis citatis,* idem eadem ratione dicendum putat, vbi Ordo ſuſcipiendus beneficio eſt ita annexus, vt tempore prouiſionis in eo conſtitutus eſſe debeat, qui beneficium obtinet, ſed impetrans diſpenſatus fuit, vt hoc non obſtante huiuſmodi beneficiũ poſſet obtinere, vel vbi in litteris contineretur clauſ. *Non obſtantibus aliquibus,* &c. *per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat, quomodolibet, vel differri,* aut ſimilis.

17. Arctati verò occaſione beneficij recipiendi illi dicuntur, qui habent ius, ſeu ſunt vocati ad aliquod beneficium vacans, ſeu capellaniam, quæ tamen requirit actu certum Ordinem, quo illi carent. Vel illi dicuntur, qui cùm ſint ordinati prima tonſura, ſunt præſentati ad beneficia ſta Aloyſ. Ricc. *d.reſol.*98. Monet. *d.p.*10.*num.*173.

Vgol.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vgol. *d.* §.20. *num.*5. Nicol. Ricc. *d. cap.*7.*num.*99. & 100. vbi *num.*101. tenet electum in concurſu ad beneficium curatum, cuius collatio facienda eſt à Papa, non poſſe interim dici arctatum, tam occaſione beneficij recepti, quàm recipiendi; & *num.*102. pariter reſoluit non dici arctatum occaſione beneficij recipiendi illum, cui aliquis vult reſignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.*98. *numero* 2. & 3. ac Monet. *d. capitul.*100. *num.*176.

18\. *δ Capitulum contrauenitns*, &c.] Vicarius Capituli Sede vacante concedens dimiſſoriam intra annum, non incurrit pœnam ſuſpenſionis per annum, iuxta *cap.*10. *ſeſſ.*23. ſed tantùm pœnam interdicti, iuxta hoc decretum Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p.*3. *cap.*8. *num.*48. Molin. *d. tract.*5. *diſp.*11. *num.*4. ita quod non prohibeatur concedere alias dimiſſorias, Rot. *in Burgen. Canonic.* 17. *Octobr.* & 28. *Nouembris* 1586. *coram Giptio*, vbi etiam fuit dictum quod caſu, quo hoc decretum imponeret pœnam ſuſpenſionis, aliæ tamen dimiſſoriæ datæ poſt annum valent, ſi non ſit declaratus ſuſpenſus, ſed ſit occultus, & toleratus.

19\. Vicarius Capituli Sede vacante concedens intra annum dimiſſorias, incidit in pœnam huius decreti, quamuis is, cui conceſſit, vſus non fuerit, nam actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non ſtetit, vt refert deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.*7. *num.*92. Marchin. *d. p.*6. *cap.*3. *num.*15.

20\. *ε Et ſic ordinati*, &c.] Ordinatos ad minores Ordines de licentia Capituli Sede vacante intra annum nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudere debere, tenet Nauarr. *conſil.*20. alias 28. *in nouis*, *ſub tit. de tempor. ordin.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.*22. *in princ.* Henriq. *in ſumm. lib.*13. *cap.*38. §. 2 *lit.* C. Quarant. *in ſum. Bullarij*, *verb. Ordo, verſ. ſecundò limita*, Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.*1. *cap.*49. *verſ. ſecunda.* Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2 *cap.* 34. *ſub num.*94. Mart. *de iuriſd. p.*4. *caſu* 149. *num.* 8. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.*9. *cap.*2. *num.*9. Thom. Valaſc. *tom.*1. *alleg.*45. *num.*19. & 20. Franc. Leo *d. p.*3. *c.*8. *num.* 47. Marchin. *d. p.* 6. *cap.*3. *num.*13. vbi ſubdit hanc priuationem priuilegij clericalis hodie non incurri niſi poſt Iudicis declarationem, iuxta conſtitutionem S. D. N. Vrbani VIII. contra malè promotos, Ceuall. *commun. contra commun. tom.*4. *quæſt.*897. *num.*1031. vbi dicit textum in præſenti loqui de ordinato ab Epiſcopo alieno cum litteris inferiorum Prælatorum.

An poſſint ſic ordinati habere beneficium? vide Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.*4. *quæſt.*2. *num.*58. Nauarr. *loco proximè citato*, Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante*, *quæſt.*10. *verſ. hinc contingit*.

*ζ Gaudeant.*] Hoc verbum eſſe futuri temporis, ac proinde per illud non infligi ipſo iure pœnam, reſoluunt Nauarr. *d. conſil.* 28. Sanchez *de matrim. lib.*7. *diſp.* 46. *num.*18.

*η Ad beneplacitum futuri Prælati.*] Impedimentum hoc perpetuum non eſſe, ſed temporale, donec ſcilicet aliud placeat futuro ſucceſſori, tenent Salzed. *d. cap.*26. *verb. ſine licentia, verſ. has autem dimiſſorias.* Soar. *tom.*5. *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.*1. *num.*20. Petr. de Ledeſma *p.*1. *tract. de ſacram. Ordinis, cap.*8. *concl.*5.

Poſſe Epiſcopum ratificare Ordines, quos accepit eius ſubditus abſque ſuis litteris dimiſſorialibus, dicit Fr. Emman. *in ſumm. tom* 2. *cap.*14. *num.*13. contra Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma lit. dimiſſ. num.*9.

---

## *Facultates de promouendo, continere debent expreſſam cauſam, ob quam alienum accedere debeat Epiſcopum.*

### CAPVT XI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non poteſt promoueri ab Epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia Epiſcopi illius diœceſis.*
3 *Facultas ſuſcipiendi Ordines à quocunque ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi non cenſetur reuocata, quamuis cauſa conceſſionis ceſſet.*
4 *Regularis Superior quomodo ſubdito Regulari dimiſſorias ad Ordines concedere debeat.*
*& in dimiſſorijs cauſa rationabilis exprimenda, quare proprius Epiſcopus dimittens nolit, aut nequeat dimiſſum ordinare. ibid.*
5 *Dimiſſoriæ nemini non examinato concedendæ.*

FAcultates de promouendo à quocumque, non ſuffragentur, *α niſi habentibus legitimam cauſam*, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari non poſſint, in litteris exprimendam: & tunc non ordinentur, niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercente, *β & diligenti præuio examine.*

1\. VIde Piaſec. *in praxi Epiſc. p.*1. *c.*1. *num.*12. *pag.*29. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.*9. *cap.*7. *num.*4. Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tom.*1. *alleg.*5. *num.*52. *cum ſeqq.* & faciunt per me adducta *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*2. *alleg.* 7. *num.*18. *cum ſeqq.* & præcipuè *num.*21.

2\. Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non poteſt promoueri ab Epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia Epiſcopi illius diœceſis per hoc decretum, niſi Epiſcopus illius diœceſis conſtitueret ſuum Vicarium illum Epiſcopum exterum vt pro ſe promoueat, ſicut non ſufficit ſimplex licentia, ſed conſtitutio in ſui locum requiritur, vt probatur ex *hoc cap.* ibi, *vel ab eo quod pro eo*, &c. ita deciſum refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.*1. *tit.*4. *num.*3.

3\. Cauſa verò, qua adductus Papa licentiam elargitus eſt ſuſcipiendi Ordines à quocunque ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi, ſi poſtea ceſſet, non propterea cenſenda eſt reuocata prædicta facultas, vt nequeat ampliùs impetrans ea vti, ſeque promoueri facere à quo maluerit, ita deciſum refert Campan. *d. cap.*7. *num.*5.

Superior Regularis, qui litteras dimiſſorias ſubdito item Regulari ad Ordines dare debet, ad Epiſcopum diœceſanum illius monaſterij, in cuius familiæ ab ijs, ad quos pertinet, is Regularis poſitus eſt, tenetur Epiſcopo diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, ad quemcumque alium Epiſcopum illi dimiſſorias abſque fraude concedere, expreſſa in illis huiuſmodi cauſa abſentiæ diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam; contrauenientes autem officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationis, ac aliàs arbitrio Sanctiſſimi reſeruatas pœnas incurrent; ita Clemens VIII. inuiolabiliter obſeruari mandauit *ſub die* 15. *Martij* 1596. vt referunt Capuccin. *in addit. ad compend. verb. Ordines ſacri.* §.4. *in fine.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.*1. *capit.*1. *numer.* 14. Vgolin. *de officio Epiſcopi*, *cap.*26. §. 20. *num.*8. Campan. *in diuerſor. iuris Canonici rubr.*12. *cap.*13. *num.*37. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*numer. 37.* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum tomo 1. quæſt. 28. artic. 2.* Hieron. Roderic. *in compendio reſolut. regular. reſolut.* 106. *num.* 15. Ego ipſe *d. allegatione* 7. *num.* 18.

*a Niſi habentibus legitimam cauſam,* &c.] In litteris dimiſſorijs debere cauſam exprimi rationabilem quare proprius Epiſcopus dimittens nolit, aut nequeat dimiſſum ordinare, probat *cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* & videtur inſinuare Concilium *in præſenti*, quæ iura explicat Thom. Valaſc. *d. alleg. 5. n. 53. & 54.* licet *ibidem* ex Rebuff. *in praxi tit. de litter. dimiſſ. num.* 28. & Salzed. ad Bernard. *cap. 26. verb. ſine licentia. verſ. oportet*, aſſerat in aliquibus prouincijs eſſe conſuetudine receptum, vt nulla cauſa aſſignetur.

*ß Et diligenti præuio examine.*] Nemini non examinato concedendas eſſe dimiſſorias, ſtatuit Concil. *infrà cap. 3. ſeſſ. 23. de reformat.* & ab extraneo vigore litterarum dimiſſorialium quemuis non ordinari, niſi diligenti præuio examine, deciditur *in hoc cap.* ex quibus ita iunctim conſideratis ab vtroque debere examinari ordinandum, reſoluunt Piaſec. *d. cap. 1. num. 12. pag. 29.* Campan. *d. rubr. 9. cap. 8. num. 31. verſ. ſed ne.* Bonacina *de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica, punct. 4. num. 33.* Gutierez *canon. lib. 1. cap. 26. num. 24.* Ego ipſe *d. allegat. 7. num. 22.* 4.

---

## *Facultates de non promouendo, præterquam in caſibus à iure expreſſis conceſſæ, ad annum tantum ſuffragentur.*

### CAPVT XII.

FAcultates de non promouendo, [a] præterquam in caſibus à iure expreſſis, conceſſæ, ad annum tandem ſuffragentur. [a Cap. licet canon. & c. cum ex eo, de elect. 16.]

VIde metipſum *de offic. & poteſt. Parochi, cap. 5. à num.* 24. vbi cito hoc decretum. nouiſſimè Stephanus VVeyms *ad conſtitut. 24. ex antiquo iure deſumptas & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 4. pag. 35. cum ſeqq.* vbi innouatur *Clem. vt ij, de ætat. & qualit.* per hunc text. Concilij, & *num. 2. in fine*, meminit huius decreti.

---

## *A quocunque præſentati non inſtituantur, niſi præuio examine Ordinarij, & approbatione, exceptis certis.*

### CAPVT XIII.

1 *Approbatio, & examinatio ab Epiſcopo facienda non requiritur in beneficijs ſimplicibus, quorum collatio liberè ſpectat ad inferiores.*

2 *Examinandi de nouo ſunt cœpti beneficiati in quolibet aſcenſu.*

3 *Examen requiſitum in hoc decreto dicitur de forma, & debet præcedere.*

4 *Examen nouum requiritur in quolibet aſcenſu, qui fit in aliquibus Eccleſiis.*

5 *Examen, de quo in hoc decreto, requiritur in beneficijs receptiuis in quolibet aſcenſu.*

6 *Præſentati ad beneficia ſimplicia, abſque præuio examine Epiſcopi, inſtitui non poſſunt ab ijs, ad quos inſtitutio ſpectat.*

7 *Beneficia in Eccleſiis patrimonalibus, ſiue receptiuis, numeratis, & non numeratis, nullus conſequi poteſt ſine præuio examine, & approbatione Epiſcopi.*

8 *Beneficia ſeruitoria obtineri non poſſunt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi.*

9 *Examen nouum non eſt neceſſarium in prouiſionibus faciẽdis de beneficijs ex cauſa permutationis.*

10 *Examen nouum requiritur in permutatione de beneficio curato, & ſimplici.*

11 *Examinare non poteſt Epiſcopus ad beneficium ſimplex illum, quem iam examinauerat pro Ordinis ſacri promotione.*

12 *Prouiſus à Papa in forma gratioſa de ſimplici beneficio ſacrum Ordinem annexum habente nõ debet examinari ad eundem Ordinem ſuſcipiendum.*

13 *Examen eius, qui eſt præſentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram Epiſcopo, debet ipſe admittere.*

14 *Præſentatio ſoli Epiſcopi facienda eſt ad effectum examinis dumtaxat, ſi inſtitutio legitimè pertinet ad inferiorem.*

15 *Abbates, & alij etiam omnem iuriſdictionem habentes ordinariam non poſſunt inſtituere in beneficijs ſimplicibus præſentatum à patrono abſque præuio examine Epiſcopi.*

16 *Collationem beneficiorum ſimplicium in Eccleſiis exemptis obtinentes non tenentur eos, quibus dicta beneficia conferre intenderint, Epiſcopis præſentare.*

17 *Eccleſiæ parochiales aut curatæ ſubiectæ militibus S. Ioannis Hieroſolymitani, quomodo prouidendæ.*

18 *Examinatus, & approbatus ſemel ad vnum beneficium, non eſt ampliùs examinandus ad aliud ſimile.*

19 *Prouiſus in forma* Dignum, *ſi per duas vices tanquam non idoneus ab examine fuerit reiectus, an poſſit tertia vice approbari.*

20 *Parochi in Eccleſia exempta animarum curam exercere intendentes priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo.*

21 *Approbatus, & prouiſus ab anteceſſore de Eccleſia parochiali, poteſt ab Epiſcopo ſucceſſore iterum examinari ſuperueniente rationabili cauſa.*

22 *Examinandi non ſunt de litteratura ad Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ qui Diaconi, Subdiaconi, aut Presbyteri fuerint.*

23 *Canonicus ſemel examinatus in Vrbe, non eſt iterum examinandus ad aliũ Canonicatum ſimilem.*

24 *Epiſcopus, cui commiſſum eſt examen, an poſſit illud delegare.*

25 *Appellari non poteſt ad effectum euitandi examen.*

*26 Appel-*

26 *Apellatio non tollitur à mala relatione, & grauamine, ac reprobatione examinatorum.*
27 *Præſentatus, ſeu electus ab beneficium ſimplex poteſt abſens, ſi notus ſit, ab Epiſcopo inſtitui.*
28 *Doctor non excuſatur ab examine quando petit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali.*

PRæſentati, ſeu electi, vel nominati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, etiam & Sedis Apoſtolicæ Nuncijs, ad quæuis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur,[a] nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. *α Et nullus appellationis remedio* ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire teneatur[b], *β præſentatis tamen* electis, ſeu nominatis ab Vniuerſitatibus, ſeu Collegijs generalium ſtudiorum exceptis.

a. Infrà ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.

b Vide ſeſſ. 24. c. 18. vbi exceptio videtur reuocari.

1. APprobatio & examinatio ab Epiſcopo facienda non requiritur in beneficijs ſimplicibus, quorum collatio liberè ſpectat ad inferiores, ita deciſum referunt Nicol.Garc. *de benefic.p.9.cap.3.num.*10.Campan *in diuerſ. iuris Canon.rubr.5.cap.3.num* 6.Maſſobr. *in praxi habendi concurſum reg.*10.*dub.*1.*num.* 2.

2. Examinandi de nouo ſunt, & per Ordinarium approbandi cœpti beneficiari in quolibet aſcenſu, vt refert reſolutum Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſ.* 34.*num.*74.

3. Examen requiſitum in hoc decreto dicitur de forma, & debet præcedere, Rota *in Calaguritana beneficij 7.Maij* 1574.*coram Clemente VIII. & in Calaguritana de Ornillos* 12. *Octobris* 1587. *coram Card.Pamphilio ſen. & in alia Calaguritana beneficij de Naro 5.Decembris* 1588. *coram Comitulo.*

4. Examen nouum requiritur in quolibet aſcenſu, qui fit in aliquibus Eccleſijs occurrente vacatione Canonicatus, ad quem ſolet inſtitui antiquus portionarius, ad portionem antiquior beneficiatus, ad beneficium antiquior expectans, ita dicit reſolutum Nicol. Garc. *de beneficijs, part.9.cap.3.num.*19.

5. Examen, de quo in hoc decreto, requiritur in beneficijs receptiuis in quolibet aſcenſu, nec ſufficit quòd ſemel ſit examinatus in aſcenſu ad dimidiam portionem, qua nouum examen requiritur, vbi de dimidia aſcendit ad integram; Rot. *in Calaguritana de Ornilles* 12. *Octobris* 1587. *coram Card.Pamphilio ſen. & in alia Calaguritana indulti de Vilbao* 12.*Ianuarij* 1598. *coram Seraphino*, in impreſſis *deciſ.*1253.

6. Præſentati ad beneficia ſimplicia, abſque præuio examine Epiſcopi, inſtitui non poſſunt ab ijs, ad quos inſtitutio ſpectat, iuxta hoc decretum, ita refert deciſum Nicol.Garc. *de benefic.part.9.cap.3.num.19.ad* 2.

7. Beneficia in Eccleſijs patrimonialibus, ſiue receptiuis, numeratis, & non numeratis, nullus conſequi poteſt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, & cum illis, quibus in prædictis Eccleſijs per Epiſcopum cura animarum demandata eſt, ſeruari debet *cap.*18. *ſeſſ.*24. *de reform.* ita dicit reſolutũ Nicol.Garc. *d.p.9.cap.2.n.* 183.

8. Beneficia ſeruitoria in Eccleſijs patrimonialibus, ſiue receptiuis tam numeratis, quàm non numeratis, obtineri poſſunt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, iuxta hoc decretum, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d.p.9.cap.3.num.*19.

9. Examen nouum non eſt neceſſarium in prouiſionibus faciendis de beneficijs ex cauſa permutationis, vt tenet Flamin.Pariſ. *de reſignat.benef.lib.8.quæſt.9.num.*95.

10. Examen nouum quoad Parochialem requiritur in permutationibus, quæ fiunt de beneficio ſimplici, & curato, licèt non ſit neceſſarius concurſus, vt refert deciſum Nicol.Garc. *d.p.9.cap.2.num.*162.*cum ſeqq.*

11. Epiſcopus non poteſt denuo ſubijcere examini pro ſimplici beneficio illum, quem iam examinauerat pro Ordinis ſacri promotione, ſicut reſoluunt Nicol.Garc. *d.p.9.cap.3. num.*15.Homobon.de Bonis *de examine eccleſiaſtico tract.2.cap.3.quæſt* 35. *in fine.* Maſſobr. *d.praxi habendi concurſum, regul.*10.*dub.*10.*num.*1.*&* 2.

12. Prouiſus à Papa Romæ in forma gratioſa de ſimplici beneficio ſacrum Ordinem annexum habente, non debet rurſus ab Epiſcopo examinari, ſi adiunctum Ordinem ſuſcipere intendit, prout tenent Campan. *d.rubr.5.cap.3.nu.*26.Homobon.de Bonis *d.tract.2.quæſt.35.in fine.*

13. Examen eius, qui eſt præſentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram Epiſcopo, debet ipſe admittere, facta tamen per ipſum Epiſcopum proteſtatione de iuribus ſuis, & ſine eorum præiudicio, vel committere alteri Epiſcopo viciniori, vt refert deciſum Nicol.Garc. *d.part.9.cap.2.nu.*19.

Inſtitutio ſi legitimè pertinet ad inferiorem, itaut non 14.
dependeat ab aliquo iurepatronatus, quod per Concil. ſublatum eſt *cap.9.ſeſſ.25.de reformat.* præſentatio ſoli Epiſcopo facienda eſt ad effectum examinis dumtaxat, non attenta quacunque conſuetudine immemoriali in contrarium, prout hic ſancitum eſt, ita Nicol.Garc. *d.part.9.cap.3.num.*19.

Abbates, & alij, etiam omnem iuriſdictionem haben- 15.
tes ordinariam, non poſſunt inſtituere in beneficijs ſimplicibus præſentatum à patronis abſque præuio examine Epiſcopi, ex *hoc decreto, & c.9.ſeſſ.25. de reform.* & aliter facta inſtitutio eſt nulla, ex *eodem cap.*9. etiamſi præſentationes fiant coram Abbatibus, & alijs exemptionem à fundatione prætendentibus, ſi tantùm illis exemptionibus innitantur. Ita refert deciſum Aldan *in compend.canonicarum reſolut.lib.2.tit.5.num.*3.

Collationem canonicatuum, & aliorum ſimplicium 16.
beneficiorum in Collegiatis, vel alijs Eccleſijs exemptis à iuriſdictione Epiſcoporum obtinentes, nullo decreto Concilij tenentur, eos quibus dicta beneficia conferre intendunt, Epiſcopis præſentare, vt ab eis approbentur præuio examine, ita ait reſolutum Aldan. *citato loco.*

Eccleſijs parochialibus, aut curatis vacantibus, quo- 17.
uis modo ſubiectis militibus ſancti Ioannis Hieroſolymitani, tenentur ipſi præſentare ad vnamquamque earum Sacerdotem idoneum loci Ordinario, vt ab eo inſtituatur, & quouſque non præſentauerit, conſtituat Ordinarius vnum Vicarium, qui interea animarum curam agat, præfiniatque idem Ordinarius dictis militibus breuem aliquem terminum ad præſentandum dictum Sacerdotem, alioquin eo elapſo Ordinarius conferat Eccleſia huiuſmodi perſonis ſibi bene viſis ſecundùm earum naturam, vel in titulum perpetuum, vel amouibilem, ita Aldan. *d.tit.5.num.*5. vbi refert ſic deciſum *in S. Congreg.Epiſcop.in vna Peruſina ſub die* 12.*Ianuarij* 1587.

Examinatus, & approbatus ſemel ad vnum beneficiũ
ſimplex, non ampliùs examinandus eſt ad aliud ſimile 18.
beneficium, canonicatum, vel dignitatem, vt reſoluunt Gonzal. *ad reg.8.Cancell.gloſſ.4.num.*84. Aloyſ.Ricc. *in praxi fori eccleſ. deciſ.*419. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 356. *in* 2. *edit.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi par.3.allegat.60.num.*89. me citato in illo loco Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 3. dub. 3. num.* 30. Homobon. de Bonis *in examine eccleſiaſt. tract.2.cap.3.quæſt.31.in fine*, quod de ſtylo Curiæ procedit, inſpecta verò Concilij Trident. ſanctione contrarium (ſaltem in partibus obſeruandum) verius eſſe concludit Rota *apud Seraphin. deciſ.* 1323. & reſoluunt Campan. *in diuerſor. iuris Canonic.rubr.5.cap.3.num.*8. & Maſſobr. *d.dub.3.num.*32.

Epiſcopus poteſt procedere ad executionem littera-
rum Apoſtol. ad fauorem illius, qui eas obtinuit in for- 19.
ma *Dignum*, cum clauſula, *ſi per diligentem examinationem illum idoneum reperieris*, etiamſi per duas vices tanquam non idoneus ab examine fuerit reiectus, non tamen vti talis renunciatus. ſi tertia vice fuerit admiſſus, & approbatus, dummodo infra ſex menſes à die datæ litterarum examen ſubierit, ex Aldan. *d. tit. 5. numero* 6. vbi atteſtatur ita reſolutum *in Nullius 19. Nouembris* 1628.

20. Parochi in Eccleſia exempta animarum curam exercere intendentes priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo, iuxta diſpoſitionem *cap. per exemptionem, de priuileg. lib.6.* Ita Aldan. *d. tit.5. num.7.* referens ſic deciſum *in Caputaquen. 23. Iunij* 1629.

21. Approbatus, & prouiſus ab anteceſſore de Eccleſia parochiali poteſt ab Epiſcopo ſucceſſore iterum examinari, ſuperueniente rationabili cauſa, ex Aldan. *d. tit. 5. num 8.* vbi dicit ita fuiſſe reſolutum *in Placentina 26. Augusti* 1628.

22. Examinandi non ſunt de litteratura illi, qui Subdiaconi, vel Diaconi, ac Presbyteri ſunt, petuntque admitti ad Cathedralis Eccleſiæ canonicatus, qui cum ordinem ſacrum, quem ipſi habent, requirunt, ſibi in forma *Dignum* collatos; ij verò, qui ſacros Ordines nondum ſuſceperunt, examinandi ſunt an illa habeant adiumenta doctrinæ, quæ ex præſcripto S. Concil. Trident. neceſſaria ſunt illi ſacro Ordini, qui canonicatui, quem conſequi volunt, erit annexus. Ita refert deciſum Nicol. Garc. *de beneficijs, part. 6. cap.2. num.234.*

23. Canonicus ſemel ab examinatoribus Vrbis cùm canonicatum adeptus eſt, examinatus, & idoneus repertus, ſi eo dimiſſo alium canonicatum obtinuerit, non eſt iterum examinandus, ſecundùm Aldan. *d. tit.5. num.10.* vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Ianuen. 6. Iulij* 1592.

24. Epiſcopus, cui commiſſum eſt examen per litteras Apoſtolicas alicuius, qui beneficium ſimplex obtinuit, poterit illud delegare, non obſtante quòd fuerit in litteris eius conſcientia onerata, vt per Aldan. *citato loco.*

25. α *Et nullus appellationis remedio, &c.* ] Appellari non poſſe ad effectum euitandi examen, tenent per hunc text. Azeued. *ad lib.1. num.4. tit.16. lib.3. nouæ recop.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſ.9. §.1. in annot. contra nullitates, num.184.* Nicol. Garc. *de benef. p.9. cap.2. nu.242.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum reg. 5. dub.5. à princ.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.72. num.124.*

Non tolli tamen appellationem à mala relatione, & 26.
grauamine, ac reprobatione examinatorum, aſſerunt Gonzal. *d. loco num.186.* Maſſobr. *d. dub.5. num.5.* Rot. *deciſ. 10. p.2. diuerſ.* Gregor. XV. *deciſ.515. & 538.*

β *Præſentatis tamen, &c.* ] Præſentatum, ſeu electum ad 27.
beneficium, poſſe abſentem ab Epiſcopo inſtitui, ſi ei notum ſit eſſe idoneum notoriè, veluti quia Doctor eſt in aliqua Vniuerſitate ſtudij generalis graduatus, cumque examine non indigere, reſoluunt Henriquez *in ſumm. lib. 10. cap.18. in princ.* Emman. Sà *in aphor. verb. examen.* Cened. *ad Decretum collect.15. num.3.* Nicol. Garc. *de benef. p.4. c.1. à num.16.* Ego ipſe *d. alleg.60. num.85.*

Doctorem verò, aut Licentiatum in Theologia, vel
iure Canonico, & in publica Vniuerſitate graduatum, 28.
non excuſari ab examine, quando petit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali, reſoluunt Lambertin. *de iurepatr. p.1. lib.2. quæſt.11. art.3. num.5.* Rebuff. *de priuileg. ſchol. priuil. 86. num.4.* Flamin. *de reſign. benef. lib. 8. quæſt.9. num.83. cum ſeqq.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap. 50. §.6. & §.10. num.6.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.34. num.82.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p.1. deciſ.139.* Cened. *d. collect.15. num.5.* deciſum referunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.4. num.90.* Nicol. Garc. *de benefic. part.9. cap.2. num.103.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. cap.5. num.17. verſ. Doctor.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.351. num.2.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij, verb. benefic. paroch. collatio, quæſt.1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.2. verb. Doctor* §.2. Ego ipſe *d. allegat. 60. num. 86.*

*Cauſæ ciuiles exemptorum, Clericorum ſecularium, & Regularium degentium extra monaſterium, videantur ab Epiſcopis vt deputatis à Sede Apoſtolica.*

## CAPVT XIV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Regulares iuxta eorum priuilegia coram ſuis Superioribus, vel Conſeruatoribus ſunt conueniendi.*
3 *Regulares omnes in ciuitatibus exiſtentes Conſeruatores ſibi eligere debent, & ſemel electos non niſi in Capitulis prouincialibus mutare poſſunt.*
4 *Canonici Regulares, qui præficiuntur aliquibus Parochialibus Eccleſiis ſi ibi delinquant extra Sacramentorum adminiſtrationem, à ſuis Superioribus tantum ſunt puniendi.*
5 *Cõprehendũtur Regulares militiæ Regni Portugaliæ.*
6 *Regulares ad interueniendum orationi 40. horarum in Cathedrali non poſſunt Ordinarij conſtringere.*
7 *Cauſæ mercedum, id eſt, ſtipendium operarium ſoluendum.*
8 *Miſerabiles perſonæ quæ.*
9 *Habet locum quando priuilegium exemptionis eſt loco certo circumſcriptum.*

IN exemptorum cauſis conſtitutio Innocentij IV. quæ incipit, [a] Volentes, in generali Concilio Lugdunenſi edita ſeruetur, quam eadem ſacroſancta Synodus innouandam cenſuit, & innouat: addendo inſuper, quod α *in ciuilibus cauſis* mercedum, β *& miſerabilium perſonarum* clerici ſæculares, aut regulares extra monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiam ſi certum iudicem, à Sede Apoſtolica deputatum, in partibus habeant: in alijs verò, γ *ſi ipſum iudicem non habuerint,* δ *coram locorum Ordinarijs,* tanquam hoc ab ipſa Sede delegatis, conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint: priuilegijs, exemptionibus, Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris.

a Lib.6. decret. de priuileg. cap.1. vide poſt finem huius libri infrà ſeſſ.14. de reformat. c.5. in fin.

VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. cap.15. num.44. & cap. 16. num.1.* Salzed. ad Bernard. *in practica cap.3.* Ioann. à Cruce *de ſtatu relig. lib.2. cap.10. dub.6.* Nauarr. *commento 2. de Regular. num.63.* Narbona *l.59. gloſſ.1. num.23. tit.4. lib. 2. Recopilat.* Sanchez *in conſil. moral. tom.2. lib.6. cap.9. dub. 2. num.2.* Guttierez *practic. lib.3. quæſt. 10. num.2. & lib.4. quæſt.94.* Fr. Emmanuel. *quæſtionum regularium tom.1. quæſt. 65. art.5. & tom.2. quæſt.2. art.8.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. cap.11. num.10.* Lauret. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. quæſt.5. num.1. pag.310.* Marcell. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap.42. num.24.* Flamin. Pariſ. *de reſignatione beneficiorum lib.3. quæſt.11. num.7. verſic. tertio.* Ceuall. *commun. contra communes tomo 4. quæſt.897. ſub num.813. & 792. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.3. collect.503. verſic. tertius, & in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.651. in 1. edit.* aliàs *reſolut.547. num.2. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapolit. part 4. deciſ.14.* Franciſc. Leo *in theſauro fori eccleſ. part.1. cap.3. num.34.* Campan. *in diuerſ. iuris canonic. rubr. 12. cap.13. num.29. cum ſeqq.* vbi agit de concordando hoc decreto cum alio infrà *ſeſſ.25. de Regular. cap.14.* metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, part.3. allegat.105. num.21. cum ſeqq. & allegat.106. num.34.* vbi de intellectu, Hieron. Roder. *in compendio quæſtionum regular. reſolut.33. num.27.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit.22.* vbi dicit innouari *c. volentes, de priuileg. lib.6.* per decretum Concilij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cilij in præſenti, & vnum ac alterum diuerſimode interpretatur.

2. Neque conſtitutione in generali Concil. Lugdunenſ. edita, incip. *Volentes*, neque hoc decreto comprehenduntur Regulares, ideoque iuxta eorum priuilegia coram ſuis Superioribus, vel Conſeruatoribus, ſunt conueniendi, vt teſtatur reſolutum Aldrete *in allegat. pro omnimoda Regularium exempt. part. 1. cap. 7. num. 2.* quem refero Ego ipſe *d. allegat. 105. num. 23. in fine.* Nouar. *in lucern. Regular. verb. cauſa, num. 3. & 4.* Et ſic Regulares pro contractibus, vel debitis, ſi intra monaſteria maneant, conueniendi ſunt coram Superioribus ſuis vel Conſeruatoribus, non autem coram Ordinarijs, aut alibi. Ita à ſacra Congregatione deciſum fuiſſe refert Narbona *dicta l. 59. gloſſa 1. num. 230.*

3. Regulares omnes in ciuitatibus exiſtentes Conſeruatores ſibi eligere debent, coram quibus conueniantur, ac ſemel electos non niſi in Capitulis prouincialibus mutare poſſunt, eorumque nomina intra menſem à die electionis locorum Ordinarijs indicare tenentur, alioquin coram ipſis Ordinarijs conueniri poſſent; ita refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 43.*

4. Canonici Regulares, qui de conſenſu, & mandato ſuorum ſuperiorum Regularium aliquibus parochialibus Eccleſijs ſuis monaſterijs vnitis præficiuntur, ſi delictum curam animarum, aut adminiſtrationem Sacramentorum non concernens commiſerint, non poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſed à ſuis ſuperioribus Regularibus tantùm, ita refert reſolutum Aldan. *in compend. canonic. reſolut. lib. 1. tit. 10. num. 4.*

5. Hoc decreto compelluntur etiam Regulares Militiæ Regni Portugaliæ, qui de licentia magni Magiſtri extra monaſteria degunt, quamuis ſint exempti. Et habet quoque locum in illis Regularibus exemptis, qui extra eorum monaſteria degunt, & ſeruiunt beneficijs, quæ ſunt membra ſuarum Religionum, vt ait reſolutum Aldan. *d. tit. 10. num. 5.*

Regulares ad interueniendum orationi quadraginta 6.
horarum in Cathedrali non poſſunt Ordinarij conſtringere, vt per Aldan. *d. tit. 10. num. 6.* qui refert ita deciſum à S. Congreg. Epiſcop. *in Salernitana de anno 1581.*

α *In ciuilibus cauſis mercedum.* ] Tamburinus *tomo 3. de* 7.
*iure Abbatum, diſput. 5. quæſt. 11. num. 90.* per cauſas mercedum intelligunt, id eſt, ſoluendi operarijs ſtipendium, Henriquez *lib. 7. de Indulgentijs, cap. 25. num. 5. in commento littera O.* Sanchez *in conſil. moral. tomo 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 5.*

β *Et miſerabilium perſonarum.* ] Dicuntur viduæ, or- 8.
phani, pupilli, ſenes, decrepiti, debiles, diuturno morbo laborantes, pauperes, de nouo conuerſi ad Fidem, & cæteri, ad quorum commiſerationem natura mouemur, vt per Sanchez *d. dub. 2. num. 3.*

γ *Si ipſum iudicem non habuerint.* ] Epiſcopus poteſt procedere contra exemptos tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, quando in loco non adeſt iudex, qui poſſit exemptorum cauſas cognoſcere, ne delicta maneant impunita, ſecus quando adeſt iudex deputatus ad cognoſcendas cauſas exempti, quia tunc Epiſcopus non cognoſcit. Ita Guttierez *practic. libro 3. quæſtione 10. ſub num. 2.* Lotterus *de re benefic. libro 1. quæſtione 25. num. 45. & 54.*

δ *Coram locorum Ordinarijs, &c.* ] Locum obtinet quan- 9.
do exemptionis priuilegium eſt loco certo circumſcriptum, ita vt extra illum ſic exemptus contrahens, vel delinquens coram loci Ordinario conueniri poſſit; non verò quando ſunt exempti, non ratione certi loci, ſed perſonarum, quia vbicunque contraxerint, vel res ſita ſit, vel delictum commiſerint, minimè coram Ordinarijs conueniri poſſunt, nec illa Innocentij conſtitutione ſunt comprehenſi, vt tenent Couarr. *practic. cap. 11. num. 5.* Fr. Emman. *quæſtionum regular. tom. 2. quæſt. 63. art. 3. & 6.* Aldrete *d. part. 1. cap. 8. num. 17.* Ego ipſe *d. allegatione 105. num. 23. in princip.* Sanchez *in conſil. moral. tomo 2. lib. 6. cap. 9. dub. 5. num. 10.*

---

## *Ordinarij curent vt hoſpitalia quæcunque, etiam exempta, à ſuis adminiſtratoribus fideliter gubernentur.*

### CAPVT XV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Epiſcopo reddenda eſt ratio de omnibus locis pijs, publicis, ſiue priuatis, Eccleſiaſticis, vel laicalibus.*
3 *Adminiſtrationis rationes Ordinarius exigere poteſt ab adminiſtratoribus, donec coram eodem doctum fuerit de inſtitutione in qua ſecus cautum ſit.*
4 *Rationes ab adminiſtratoribus hoſpitalium, & piorum locorum pluries repeti poſſunt.*
5 *Rationes exigere non debet Epiſcopus, aut Capitulum tempore quo recitantur horæ canonicæ, & diuina celebrantur.*
6 *Rationem adminiſtrationis operum piorum ad curã Capituli pertinentium, poteſt ſolus Epiſcopus ſine coniudicibus exigere, dummodo non procedat ad priuationem.*
7 *Adminiſtrantes bona ad monaſteria monialium etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, an & quando teneantur rationem adminiſtrationis reddere Epiſcopo loci.*

CVrent Ordinarij,[a] vt hoſpitalia quæcumque à ſuis adminiſtratoribus, quocumq; illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur, conſtitutionis concilij Viennenſis, quæ incipit,[b] Quia contingit, forma ſeruata, quam quidem conſtitutionem eadem ſancta Synodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.

[a] Seſſ. 25. cap. 6.
[b] Lib. 3. Cle. de relig. domibus cap. 2. quia contingit, & in ſeſſ. vlt. de reform. c. 2.

VIde Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 63. art. 7. verſ. quinto, & quæſt. 84. art. 2. & art. 3.* vbi an hoſpitale poſ-
1. ſit committi per legatum Religioſo, iuxta text. *in Clem. quia contingit, de relig. domibus.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. hoſpitale num. 2.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtitutione 16. pag. 161. cum ſeqq.* vbi dicit innouari *Clemen. quia contingit, de relig. domib.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum eleganter explicat, & interpretatur, Gabr. Pereira *de Mana Regia part. 1. cap. 16.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. quæſtione 10. verſic. & ſeſſione*, Valaſc. *conſult. 105. num. 23.* vbi ait quòd debet intelligi *d. Clem.* de hoſpitalibus publicis, & erectis auctoritate Ordinariorum, & *num. 28.* quòd xenodochia, & hoſpitalia pertinent ad ſolicitudinem Epiſcoporum, & à *num. 45.* quòd Epiſcopus habet iuriſdictionem ſuper hoſpitalibus, & poteſt in illis exercere iura Epiſcopalia, ſi auctoritate illius ſint erecta. Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 2. quæſtione 14.* vbi quòd hoſpitalia, quæ dantur clericis in adminiſtrationem, iuxta formam dictæ *Clem. quia contingit*, poſſunt reſignari ſimpliciter, & in fauorem. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 87.* vbi quòd Rector hoſpitalis ſumit alimenta de redditibus eiuſdem, non ſolùm pro ſe inſeruiente,

ſed

ſed etiam pro tota familia, & *tit.4. q.24. num.15.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ordin. in exemptos p.1. q.31. num.7. & p.2. q.45. num.77. & num.97.* vbi dicit quod Epiſcopus animaduertit in Rectores hoſpitalium, leproſariorum, eleemoſynarum, aut xenodochiorum, qui negligunt, ſeu non verſantur vt oportet in adminiſtratione, non obſtante quacunque exemptione.

2. De omnibus locis pijs Epiſcopo rationem reddendam eſſe ab adminiſtratoribus, ſiue ea ſint publica, ſiue priuata, Eccleſiaſtica, vel laicalia, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. lib.7. num.78.* quem refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg.75. num.78.* Aduertit tamen Gabr. Pereira *d. p.1. cap.16. num.15.* quòd executores compelli non poſſunt ab Epiſcopo ſi exprimitur quòd relicta impleant quando voluerint, quia tunc tempus mortis ipſorum expectandum eſt, niſi aliud ex operis, vel mandati forma appareat quod in contrariam trahat ſentētiam, vt boni viri arbitrio ſtandum ſit, vel ſi teſtator ſecrete iubeat eleemoſynas facere, quia tunc iniuſtè compelletur perſonas exprimere.

3. Rationes adminiſtrationis Ordinarium exigere poſſe ab adminiſtratoribus donec coram eodem doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus cautum ſit refert deciſum Marta *de iuriſdict. p.2. cap.18. num.9. & 10.* Ego ipſe *d. alleg.75. num.58.*

Si quis adminiſtrator piorum locorum, videns ſe conſtrictum ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis appellaret, licèt admittatur appellatio, non propter hoc impediri, aut ſuſpendi executionem atteſtatur reſolutum Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Hoſpitale §.3. verſ.6.* quem refero ego ipſe *d. allegat.75. num.62.*

4. Rationes ab adminiſtratoribus hoſpitalium, & piorum locorum pluries repeti poſſe, præcipuè quando Epiſcopo conſtiterit illas dolosè redditas fuiſſe, vel quādo redditio non fuerit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.134. in 2. edit.* quem refero Ego ipſe *d. allegat. 75. num.63.*

5. Rationes non debet exigere Epiſcopus, aut Capitulum tempore, quo recitantur horæ canonicæ, & diuina celebrantur, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis num.79. verſic. neque.* Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de beneſic. par. 3. cap.2. num.568.*

6. Rationem adminiſtrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium, poteſt Epiſcopus ſolus ſine coniudicibus exigere, dummodo non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij, vt per Aldan. *in compendio canon. reſolutionum lib.3. tit.3. num.8.* vbi refert deciſum *in Oriolen. 27. Martij 1632. ad 7.*

7. Circa adminiſtrantes bona ad monaſteria monialiū etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, an & quomodo teneantur rationem adminiſtrationis reddere Epiſcopo loci, prouiſum fuit per nouam conſtit. Gregor. XV. de exemptorum priuilegijs, incip. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij 1622.* per hæc verba, *Sed adminiſtrantes bona ad eiuſmodi monaſteria ſanctimonialium, vt præfertur, etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, ſiue Regulares extiterint, ſiue ſeculares quomodolibet exempti. Epiſcopo loci, adhibitis etiam ſuperioribus Regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas reddere teneantur, ad idque iuris remedijs cogi, & compelli queant. Liceátq; Epiſcopo ex rationabili cauſa ſuperiores Regulares admonere, vt huiuſmodi adminiſtratores admoneant, ijſque ſuperioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos adminiſtratores amouēdi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit.* Hactenus dicta conſtitutio. Super qua S. Congregat. Eminentiſſimorum Cardinalium S. Concil. Trident. interpretum cenſuit *Epiſcopum non teneri cauſam illam rationabilem ſignificare ſuperioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam S. Congregat. ſeriò onerauit, ne facultate ſibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in diſtricto Dei iudicio rationem reddituris* quam quidem declarationē propriam, & originalem præ manibus habui, & poſtea cum alijs in typographia R. Cameræ Apoſt. impreſſam vidi de anno 1623.

## SESSIO XIII.

### *De venerabili Euchariſtiæ Sacramento.*

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuncijs etſi in eum finem, non abſque peculiari Spiritus ſancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt veram, & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & vt hæreſibus omnibus, & alijs grauiſsimis incommodis, quibus Dei Eccleſia miſerè nunc exagitatur, & in multas & varias partes ſcinditur, remedium afferret, hoc præſertim iam inde à principio in votis habuit, vt ſtirpitus conuelleret zizana execrabilium errorum, & ſchiſmatum, quæ inimicus homo his noſtris calamitoſis temporibus, in doctrina fidei, vſu, & cultu ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſuperſeminauit, quam alioqui Saluator noſter in Eccleſia ſua, tanquam ſymbolum reliquit eius vnitatis, & charitatis, qua Chriſtianos omnes inter ſe coniunctos, & copulatos eſſe voluit. Itaque eadem ſacroſancta Synodus ſanam, & ſinceram illam de venerabili hoc & diuino Euchariſtiæ Sacramento doctrinam tradens, quam ſemper Catholica Eccleſia, ab ipſo Ieſu Chriſto, Domino noſtro & eius Apoſtolis erudita, atque à Spiritu ſancto, illi [a] omnem veritatem in dies ſuggerente, edocta, retinuit, & ad finem vſque ſæculi conſeruabit: omnibus Chriſti fidelibus interdicit, ne poſthac de ſanctiſsima Euchariſtia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quàm vt eſt, hoc præſenti decreto explicatum atque definitum.

Matth.13.

a Lucæ 22. c.1. Ver. ego pro te 2. diſt. & infrà ſeſſ.22. c.1. & ſub ſeſſ.9. Ioan.16.

VIde Theologos cum Magiſtro *in 4. diſt.8.* S. Thom. *à quæſt.73.* Aldan. & Valent. *de Euchariſtia,* Dionyſ. *de Eccleſ. hierarchia, cap.3* Angles *in floribus theolog. quæſt.* vbi de Euchariſtia, Lancellot. *inſtit. de Euchariſtia,* Cuch. *in tit. de Sacramento Euchariſtiæ,* Cardin. Bellarm. *in controuerſ. cathol. lib.2. de Euchariſtia,* Henriq. *in ſumma lib.8. de ſanctiſſ. Euchariſtia,* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 2. lib.1. cap.6.* Barthol. ab Angelo *in examine confeſſorum dialog.4.* Claud. Saintes *in repet. de Euchariſtia.* Petr. Soto *in lect. de Euchar.* Heſſellanus *de Communione ſub vtraque ſpecie.* Anton. Raguc. *in lucerna Parochor. tract. de Euchariſt.* Petr. de Ochogauia *de Sacrament. tract. de Euchariſt.* Ioan. de Lugo *tomo 1. tract. de Venerabili Euchariſtiæ Sacramento.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. cap.7. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacrament. tom.2. tract. de Euchariſtia.* Ioan. de la Cruz *in directorio tract. de Euchariſt.* Ludouic.

*Coll. Barboſ. in Concil. Trid.*